



24 10

DE INDULGENTIIS PONTIFICIIS
DISPUTATIO THEOLOGICA
JUBILÆA

In qua sunt

1. Propositiones, quas anno Christi 1517. ad diem
XXXI. Octobris, post horam meridianam duodecimam, ad Val-
vas templi arcis Wittebergensis affixit, adeoq; primas con-
tra Papatum Romanum solennissimè promul-
gavit vir DEI

D. MARTINUS LUTHERUS.

*(Cum brevibus notationibus parentheticis, collectis
ex ipsis scriptis)*

2. Theses, quas hoc anno Christi seculari 1617. ad
diem XXIV. Octobr. in Academia Wittebergensi
PRÆSIDE

VVOLFGANGO FRANZIO TH. D.
*Pro Gradu Doctoreo in Facultate Theologica impetrando
horis ante & pomeridianis publicè defendent*

Reverendi Viri

M. PAULUS RÖBERUS WURZENSIS
Misnicus, Illustrissimæ aulae Archiepiscopatus Magdeburgensis
CHRISTIANO-WILHELMÆ concionator aulicus.

ET

M. JOSUA STEGMANNUS SULTZFEL-
denfis Francus, designatus Ecclesiæ Stadhagensis Pastor & Super-
intendens & illustris ERNESTINI ibidem Pro-
fessor Primarius.

Cum Gratia & Privilegio Elect. Saxon.

WITTEBERGÆ,

Ex Officinâ Typographicâ Joh. Gormanni.



Reverendissimo, Illustrissi-
mo Serenissimoq; Principi ac
DOMINO,

Dn. CHRISTIANO VVIL-
HELMO, POSTULATO ADMINISTRA-
TORI ARCHIEPISCOPATUS MAGDEBURGEN-
sis, Coadjutori Episcopatus Halberstadenfis, Marchioni
Brandenburgico, Duci Borussiae, &c. Domino
suo clementissimo.

Pacem corporis & animæ à Patre luminum ex alto p.

Reverendissime, & Serenissime Princeps,
Domine Clementissime, annus hic ad finem
securrit centesimus, quando nimirum anno
Christi 1517. ad ipsam diem XXXI. Octobris
tanquam in vigilia omnium Sanctorum sic dicta, Re-
verendus in Christo, sanctæq; memoriæ Pater D. MAR-
TINUS LUTHERUS, tunc temporis Ordinis Eremitarum
in Augustiniano Wittebergensium Collegio, in
que Academia lector ordinarius, anno ætatis suæ circi-
ter 34. sub umbra patrocinijs, FRIDERICI TERTII Ele-
ctor. Saxon. in hac Academia primas suas propositiones
adversus Papatum, de Indulgentijs, quæ à Johanne Te-
zelio Dominicano, Theologiæ Doctore, Pirnæ ad Al-
bim nato, *jussu Leonis X. Pontificis Romani, & auctoritate*
ALBERTI Archiepiscopi Moguntini & Magdeburgensis,
nec non Administratoris Halberstadenfis, Marchionis Bran-
denburgensis, venales circumferebantur, ad disputandum
& ventilandum cunctis Christianis, tum præsentibus,
tum absentibus, non sine Spiritus sancti ductu & im-
pulsu publicè & felicissimè proposuit.

Eadem

Eadem die, nimirum anni 1517. in vigiliâ omnium
sanctorum, ad Reverendissimæ & Serenissimæ Vestræ
Celsitudinis abavi Joachimi I. Electoris Brandenburgensis
fratrem ALBERTUM, tunc temporis Archiepiscopum
& simul inter Electores Imperij primarium, Marchionem
Brandenburgensem, postea Cardinalem, titulo S. Chryso-
goni, easdem suas de indulgentijs propositiones misit,
vir DEI, D. Lutherus, additis subjectissimis litteris, in
quibus, partim quàm dubia res sit Indulgentiarum o-
pinio demonstrat, partim humilimè petit, cum in In-
structione Tezelij, sub nomine ipsius Alberti edita diceretur,
*Unam principalium gratiarum esse donum illud Dei in-
estimabile, quo reconcilietur homo Deo, & omnes pœne de-
leantur purgatorij; item quod non sit necessaria contritio his,
qui animas vel confessionalia redimunt,* ut ex paternâ cu-
ra, quæstorum impudentiam & blasphemiam compes-
cere, adeoq; eundem libellam penitus tollere & præ-
dicatoribus indulgentiarum aliam formam prædican-
di imponere velit, ne aliquis fortè irritatus, editis li-
bellis, & prædicatores & ipsum libellum confutare ag-
grediatur. Tunc quidem responsum nullum Lutherò
remisit Albertus, quod ipse Lutherus alicubi innuit, si-
ne dubio ea de causâ, quam Hieronymus Ecclesie Brande-
burgensis Episcopus tanquam Ordinarius, iidem de eodem
negotio compellatus allegat in suo responso, Lutherum
incipere oppugnare potestatem Ecclesiæ, sibiq; attra-
cturum maximas molestias, idèoq; moneri ut desinat.
Cui simile est, quod de Alberto Cranzio Theologia Doctore
& Historico eminentissimo publicè innotuit. Cum enim
paucis diebus ante mortem in lecto decumbens propo-
sitiones istas Lutheri de Indulgentijs accepisset, & ex-
pendisset, O frater, exclamat, *abs in tuam cellam, ora unum
Pater noster & dic, miserere mei Deus,* nihil aliud indigi-
tans,

tans, quàm tantæ rei qualemcunq; conatulum (ut ita loqui liceat) adversus tantum Deum terrestrem Papam, à miserrimo Scholastico & fraterculo Monacho susceptum non posse non esse ridiculum pariter & penitissimè irritum. Egonè (*scribit Lutherus in præfatione Germanicâ de Indulgentijs*) tunc cadaveri, quàm homini similiori majestatem Papæ oppugnarem, ad quam non tantum omnes Reges in terra & ipse totus orbis terrarum, sed etiam cælum & infernus obstupescerent & ad ejus nutum cuncta exhorrescerent.

Verum enim verò à Domino hoc factum fuit, *quod Deus ille terrestris cum omni suo Cardinalium, Presbyterorû, Academicarum, Theologorum, Monachorum exercitu sapientia & Spiritui, qui locutus fuit ex Luthero, resistere non potuit, & est illud adhuc hodiè mirabile in oculis nostris.*

Istam anno 1517. à LUTHERO adversus Tezelianas indulgentias profectam disputationem, ut hisce, Jubilæi Ecclesiastici Lutherani ferijs repeteremus, tum nos iussit ipsa animi grati, *temporum exoptatissimorum opportunitati à Deo aeterno nobis affulgenti*, debita pietas, tum ansam porrexerunt duo Theologiæ Candidati & cum primis alter, Vestræ Reverendissimæ & Serenissimæ Celsitudini à concionibus sacris dilectus, nostræq; Academiæ à plurimis annis ob eruditionis Theologicæ solidæ & omnium virtutum Christianarum laudem carissimus, Reverendus clarissimusq; Dominus M. Paulus Rôberus, Alter verò est ille, ab Illustrissimo Comite ac Domino, Domino Ernesto Comite in Holstein & Schawmburg/ &c. & unâ cum Reverendissima & Illustrissima Celsitudine Vestra & cum alijs imperij Magnatibus verè Lutheranis, nullis sumptuum sacrorum expensis parcente, & Lutherani depositi amantissimo Domino, ad Ecclesiæ & Gymnasij Stadhagenensis Superin-

tendentiam & Professionem primariam ex Academia
Lipſienſi, cui per decennium integrum etiam ſimili
modo notiſſimus fuit evocatus, Reverendiſſ. & Clarifi-
ſſimus M. Joſua Stegman. Et cum Reverendiſſimæ ac il-
luſtriſſimæ Veſtræ celſitudinis voluntas & propoſitum
conſtans fuerit, ut ejuſdem Concionator Auſlicus non
niſi in hoc loco, ad religionis Lutheranæ conſenſum cū
hiſce Eccleſijs ſacroſanctè & ſeriò teſtificandum, & qui-
dem in iſtis ferijs Jubilæis teſtimonium doctrine & pro-
fectuum ſuorum publicè reportaret, fieri aliter non de-
buit, quàm ut LUTHERI primas propoſitiones *prout
tunc fuere à viro Dei ſcripta, & eodem die Archiepiſcopo
Magdeburgenſi tranſmiſſæ*, hoc quoq; ſeculari tempore,
ejuſdem Archiepiſcopi Magdeburgenſis Illuſtriſſ. co-
gnato, cum LUTHERO ſinceriſſimè conſpiranti, notis
quibuſdam ex LUTHERO ipſo in parentheſibus con-
cinnatas, & alio novarum inſuper theſium genere ex-
plicatas inſcriberemus. Quæ hiſtorica pariter & ſub-
jectiſſima publica compellatio, ut in oculis, Veſtræ Re-
verendiſſimæ & Sereniſſimæ Celſitudinis gratiam in-
veniat, quibus debeo reverentiæ ſubjectiſſimæ geſtibus
humiliter peto. Æternus Deus, Pater Domini noſtri
IESU CHRISTI, veſtram Reverendiſſimam & Sereniſ-
ſimam Celſitudinem, cum tota inclyta Brandeburgen-
ſium Marchionum proſapia, ſequenti ſeculo toto dex-
tra fortitudinis ſuæ clementiſſimè pariter & potentiſ-
ſimè tueatur & complectatur. Wittebergæ ipſo die
Luçæ, anno Chriſti 1617.

Reverendiſſ. & Sereniſſ.
Celſitudinem Veſtram

Subjectiſſimè colens

Wolfgangus Franzius Th.D. Templi
Academici Præpoſitus.

PRIMÆ PROPOSITIONES,
D. MARTINI LUTHERI,
ADVERSUS PAPATUM DE IN-
DULGENTIIS, CUM BREVIBUS NOTA-
TIONIBUS QUÆ EX EIUS IPSIUS LIBRIS HAC
DE RE SCRIPTIS MAGNAM PARTEM SU-
PER SINGULAS SUNT EX-
CERPTÆ.

Note certi
causis reti-
nent sen-
sum Propo-
sitionum
Lutheri, ci-
tra Tri-
ze Cw.

THESIS I.

Dominus & Magister noster IESUS Chri-
stus, dicendo: Pœnitentiam agite &c. om-
nem vitam fidelium Pœnitentiam esse vo-
luit.

*(Propter verbum Christi, pœnitentiam agite, omnino re-
suscipiant per totam suam vitam Christianus agere de-
bet, sicut per totam vitam orare debet: Dimitte nobis debi-
ta nostra.)*

2. Quod verbum de Pœnitentia sacramentali, id est,
Confessionis & satisfactionis, quæ sacerdotum mini-
sterio celebratur, non potest intelligi.

*(Pœnitentiam sacramentalem Pontificij describunt, qua
constat contritione, confessione singulorum peccatorum &
satisfactione pro commissis peccatis. De hac non potest in-
telligi verbum Christi, pœnitentiam agite. Alioquin singu-
lis momentis omnia peccata essent consistenda & singulis mo-
mentis pro peccatis satisfaciendum.)*

3. Non tamen solam intendit interiorem. Imo in-
terior nulla est, nisi foris operetur varias carnis mortifi-
cationes.

(Nota

(Non tamen solam internam spiritualem poenitentiam, inculcat Christus, imò non est vera interna spiritalis resipiscentia, nisi operetur exterius crucem, mortificationem carnis & bona opera tanquam fructus poenitentia & spiritus.)

4. Manet itaque poena donec manet odium sui, id est, poenitentia vera intus, scilicet usque ad introitum Regni cœlorum.

(Exterior mortificatio carnis manet, donec interior resipiscentia vera manet, nimirum, usque dum destruitur corpus peccati.)

5. Papa non vult, nec potest ulla poenas remittere, præter eas, quas arbitrio vel suo vel Canonum imposuit.

(Quinque numerabantur tunc temporis poena 1. Gehenna. 2. Purgatorij. 3. Mortificationes carnis. 4. Calamitates à DEO in hac vitâ imposita: 5. Canonica, quas Pontifex, ut publica persona, in suis publicatis veteribus Canonibus constituit super peccata, ab hominibus commissa, ut & in confessione auriculari revelata. Exempli gratia imponit specialia jejunia ad certos dies, menses, annos.

Primam & secundam nemo hominum potest remittere ex suâ autoritate. Tertiam nemo hominum alteri potest imminuere, imò potiùs suadere debet. Quartam mutuis precibus advertere vel mitigare omnes p̄y possunt. Solam quintam in suâ manu tenet & per suas indulgentias Papa potest relaxare, in reliquis dimittendis nullam sibi potestatem in veteribus Canonibus arrogat.)

6. Papa non potest remittere ullam culpam, nisi declarando & approbando remissam à DEO, Aut certo remittendo casus reservatos sibi, quibus contemptis culpa prorsus remaneret.

VI. DEUS

(Deus solus propriè remittit culpam peccati, sacerdotes saltem, & ita Papa, declarant, annunciant & confirmant hominibus, quod à Deo ipsis culpa peccati sit remissa. Sicut Deus leprosos sanabat sanando, sacerdos pronuncians. Quos tamen casus Papa, juxta suos canones sibi reservat, illorum culpam quoq; remittere potest. Si hi casus spernuntur, tum remanet culpa irremissa.)

7. Nulli prorsus remittit DEUS culpam, quin simul eum subijciat humiliatum in omnibus, Sacerdoti suo Vicario.

(Deus nulli (lege contrito & benè humiliato) prius remittit culpam, quem non simul velit eà de re à sacerdote confirmari. Huic credere debet non propter personam, sed propter verbum Christi. Tantum habebit pacis, quantum crediderit verbo promittentis. Alia via pacem querere & invenire non potest.)

8. Canones pœnitentiales solum viventibus sunt impositi, nihilque morituris secundum eosdem debet imponi.

(Cum nec lex Domini diutius dominetur homini, quam quanto tempore vivit, Rom. 7. 1. 2. 3, quanto magis Canones Pape, prout à veteribus Papis sunt dati, secundum quos consistendum est & satisfaciendum, saltem de temporibus totius hujus vita sunt intelligendi, in quibus solis fit hoc, quod dicitur in canonibus, flere, jejunare, peregrinari, vigilare. Mortui enim sunt egressi forum Pape, unde secundum canones, jam jam morituris nihil debet imponi.)

9. Inde benè nobis facit Spiritus sanctus in Papa excipiendo in suis Decretis semper articulum mortis & necessitatis.

(Bene facit Papa, quod in Canonibus suis semper in casu necessitatibus)

)(

necessitatibus

*necessitatibus constitutos ab illorum observatione excipit, cumq;
mors sit omnium necessitatum extrema necessitas, rectissime
mortuos quoq; à canonibus excipit.)*

10. Indoctè & malè faciunt sacerdotes ij, qui morituris pœnitentias canonicas in Purgatorium reservant.

(Ergò indoctè morituris dictantur pœne Canonicae, eaq; in purgatorium, ut ibi solvantur, à sacerdotibus reservantur. Mortuus enim versatur in foro superiore.)

11. Zizania illa de mutanda pœnâ Canonica in pœnam purgatorij, videntur certè dormientibus Episcopis feminata.

(Veteribus Canonibus contraria sententia recentior de pœnis canonum satisfactorijs in pœnas purgatorij mutandis, morituro imponendis, & in purgatorio luendis, exorta est, quando non satis vigilarunt Episcopi in Ecclesia.)

12. Olim pœnâ Canonica non pôst, sed ante absolutionem imponebantur, tanquam tentamenta veræ contritionis.

(Olim Canonica pœna seu satisfactiones pro commissis peccatis rectius imponebantur ante absolutionem, tanquam explorationes seria acta pœnitentia, adeoq; in ipsâ absolutione finiebantur. Cum ergò mortui omninò sint absolventi, utiq; in morte ipsorum omnes Canonicae pœnæ sinè habere debent.)

13. Morituri per mortem omnia solvunt, & legibus Canonum mortui jam sunt, habentes jure earum relaxationem.

(Mortui per mortem omnia solvunt, & omninò absurdum esset, si moriturus solveretur ab omnibus legibus alijs non tamen solveretur à Canonibus Papalibus.)

14. Imperfecta sanitas seu charitas morituri, necessario secum fert magnum timorem, tantoq; majorem, quantò minor fuerit ipsa.

Homo

(Homo in hac vitâ semper habet imperfectam probitatem & charitatem, Et quia perfecta tantum charitas est sine timore, ideo imperfecta in homine morituro semper habet secum timorem magnum iudicij, inferni, quia in homine qui in probitate imperfecta necessario timet & horret, & quo minorem habet probitatem, eò plus timet.)

15. Hic timor & horror, satis est se solo, sicut alia taceam, facere poenam purgatorij, cum sit proximus desperationis horri.

(Iste timor, tanquam desperationi proximus sufficit ad maximam Purgatorij poenam generandam. Cumq; scriptura infernum describat ab horrore desperationis, utiq; purgatorium, mitti inferno, describendum erit quoddam proximum desperationi.)

16. Videntur infernus, purgatorium, cœlum differre, sicut desperatio, propè desperatio, securitas differunt.

(Tria enim illa ita videntur discernenda, quod cœlum sit pax gaudium, & securitas; Infernus, desperatio aeterna, dolor, fuga; purgatorium quasi desperatio & fuga, sed tamen cessatura.)

17. Necessarium videtur animabus in purgatorio sicut minui horrorem, ita augeri charitatem.

(Dicendum igitur esse videtur, tantum in purgatorio crescere charitatem in animabus, quantum in ipsis decretere dicitur timor, ita nimirum, ut in purgatorio anime per voluntarias passionem poenarum possint perfici, & sic in eis possit augeri charitas.)

18. Nec probatum videtur ullis aut rationibus aut scripturis, quod sint extra statum meriti, seu augenda charitatis.

(Si purgatorium tantum est locus solvendarum pœnarum, nec tibi à vitæ residuis anime purgantur, tum nihil differre ab inferno, ubi pœna est cum culpâ manente. Necesse est igitur dicere, non liberari animas à purgatorio, nisi postio timore incipiant amare voluntatem DEI, in illo ipso loco. DEUS enim animas in purgatorio tanquam in statu ad vitam æternam tendente non potest deserere, cum in eis semel opus bonum suum inceperit, adeoque gratiam ipsis augere dicendus sit.)

19. Nec hoc probatum esse videtur, quod sint de suæ beatitudine certæ & securæ, saltem omnes, licet nos certissimi simus.

(Esi nos non credimus, venire ullam animam in purgatorium, nisi sit de numero salvandarum, tamen interim addimus ipsas animas, dum in purgatorio sunt, non omnes de salute semper esse certas. Nam anime in purgatorio constituuntur, quasi in portâ inferni, iccirco partim timent damnationem, etsi non sequitur: partim sperant, licet statim auxilium nuptiam appareat)

20. Igitur Papa per remissionem plenariam omnium pœnarum, non simpliciter omnium intelligit, sed à seipso tantummodo impositarum.

(Ergò Papa per indulgentias & per verba (omnium pœnarum plenariam remissionem) non potest intelligere remissionem, nisi earum pœnarum temporalium hujus vitæ, quas ex Canonibus suis ipsemet imposuit.)

21. Errant itaque indulgentiarum commissarij ij, qui dicunt, per Papæ indulgentias hominem ab omni pœna solvi & salvari.

(Errant cantores indulgentiarum, & decipiunt populum, dum non distinguunt, sed absolutè loquuntur & dicunt, per indulgentias hominem ab omni pœna solvi & salvari, ubi populus

populus intelligit omnem pro quibuscumq; peccatis & ubicumq;
luendam.)

22. Quin nullam remittit animabus in purgato-
rio, quàm in hac vitâ debuissent, secundum canones
solvere.

(Imò nec illam pœnam potest remittere Papa animabus
in purgatorio, quàm homo in hac vitâ luere debuisset, si qui-
dem nulla temporalis Canonica pœna potest mutari in pœ-
nam purgatorij.)

23. Si remissio ulla omnium omninò pœnarum,
potest alicui dari, certum est, eam non nisi perfectissi-
mis, id est, paucissimis dari.

(Si potest remissio omnium pœnarum, tam à D E O
quàm ab homine impositarum, alicui dari, certum est,
quod ea dari potest, non nisi perfectissimis, qui paucissimè
sunt.)

24. Falli ob id necesse est, majorem partem popu-
li, per indifferentem illam & magnificam pœnæ solum
promissionem.

(Fallitur igitur populus per verba indiscreta omnium
pœnarum) dum post evitas indulgentias putat se sine orani
pœna evoluturum in celum.)

25. Qualem potestatem habet Papa in purgato-
rium generaliter: Talem habet quilibet Episco-
pus & Curatus in suâ Diocesi & Parochiâ specialiter.

(Si quam Papa habet potestatem in purgatorium, tum ta-
lem et jam habet quilibet ex Episcopis, & ex inferioribus Pa-
storibus, nimirum qua potest ipse & quilibet alius suffragari,
id est, orare, jejunare pro animabus defunctis: Papa, cum
totâ Ecclesia generaliter in die omnium animarum: Episco-
pus cum sua diocesi specialiter in diebus communibus: Cura-
tus in sua Parochiâ in exequijs & anniversariis: Christianus
individualiter in solâ devotione.)

)((3

26. Opti-

26. Optimè facit Papa, quod non potestate clavis, (quam nullam habet) sed per modum suffragij dat animabus remissionem.

(Optimè facit Papa, quod non majorem potestatem in purgatorium sibi sumit, sed tantum suffragando, seu intercedendo, inde liberat animas. Si enim Papa haberet imperium, clavis potestatem, jurisdictionem, vim solvendi in purgatorium, tum crudelis esset, quod illas animabus non vacuaret ex charitate, etiamsi non esset causa colligendi pecuniam, vel pro bello contra infideles, vel pro structura sacrâ, aut communi, aliarè necessitate hujus vitæ.)

27. Hominem prædicant, qui statim ut jactus nummus in Cistam tinnierit, evolare dicunt animam,

(Humanum somnium prædicant, qui dicunt, evolare animam, quàm primum nummus coniectus in Cistam tinnit, & dum ad huc tinnit, quia aliud est suffragium & aliud exauditio suffragij.)

28. Certum est numo in Cistâ tinniente, augeri ~~quæstum~~ & avaritiam posse, suffragium autem Ecclesiæ est in arbitrio Dei solius.

(Cum Papa in purgatorium nullam habeat potestatem, nec de suffragij sui exauditione certus esse queat, relinquitur) tinniente nummo certò augeri lucrum; exauditionem verò intercessionis papalis esse penes Deum.)

29. Quis scit, si omnes animæ in purgatorio velint redimi, sicut de S. Severino & Paschasio factum narratur.

(Si legendis Pontificijs est credendum, tum incertum est, num cupiant omnes anima licet satis expiata ex purgatorio liberari, antequam etiam in charitate perficiantur plenius. Non omnes igitur ad tinnitum pecunie statim evolant ex purgatorio.)

30. Nul-

^{1. contritio} an veram contritionem exigit
30. Nullus securus est de veritate suæ contritionis. Multò minus de consecutione plenariæ remissionis.

(*Si, secundum quorundam sententiam, ementibus indulgentiis, Contritio est necessaria ad remissionem peccatorum omnium, pro omnibus peccatis mortalibus & occultis, tum indulgentiis non possunt non esse incertæ, siquidem nullus potest esse certus, se veram egisse contritionem, adeoque nec se plenariam consecutum esse remissionem peccatorum. Funt autem certæ, etiam si redimens nec est dignus nec contritus, si tantum statuatur remissiones peccatorum Canoniarum, quæ sunt in mera potestate Papæ, & ratione peccatorum manifestorum, de quibus coram Ecclesiâ accusari aliquis potest.*)

31. Quam rarus est verè pœnitens, Tam rarus est verè Indulgentiis redimens, id est, rarissimus.

(*Cum indulgentiis non profint, nisi verè pœnitentibus, deinde cum paucissimi sint verè pœnitentes, sequitur, paucissimos verè redimere indulgentiis omnium, ut persua dentur, peccatorum.*)

32. Damnabuntur in æternum cum suis Magistris, qui per literas veniarum securos sese credunt de sua salute.

(*Cum magistris, auditores in æternum peribunt, qui quoad remissionem omnium peccatorum, non ad Christum adducuntur, non ad fidem, non ad gratiam, sed ad mortuam literam, ad ceratam papyrum, ad nomen veniarum, ad nomen suffragiorum, ad externi hominis, qui tantum decem Canoniarum, nec tamen omnem in sua manu habet, remissionem: & ex illa charta certi de salute esse volunt.*)

33. Cavendi sunt nimis, qui dicunt venias illas Papæ,

pœ, donum esse illud D E I inestimabile, quo reconciliatur homo D E O.

(Caveantur, qui dicunt, quod indulgentia habent ipsam gratiam principalem, per quam homo reconcilietur Deo & perfectam remissionem denuò consequatur.)

34. Gratia enim illæ veniales tantum respiciunt pœnas satisfactionis sacramentalis, ab homine constitutas.

(Hoc iterum repeto, quod indulgentia tantum possint liberare à debito canonum papalium, tanquam humanorum.)

35. Non Christiana predicant, qui docent, quod redempturis animas vel Confessionalia, non sit necessaria contritio.

(Confessionalia sunt indulta papalia, quibus dabatur facultas eligendi confessorem, qui auctoritate Papa à casibus reservatis, sive omnibus, sive aliquib. confitentem absolvere possit. Jam verò hostis Dei non potest pro amico Dei intercedere. Multi ementes indulgentiam pro cognatis defunctis sunt hostes Dei, quia impœnitentes. Ergo non possunt vere emere pro suis indulgentiam. Peccant igitur, qui dicunt, posse etiam impœnitentes emere indulgentiam.)

36. Quilibet Christianus verè compunctus habet remissionem plenariam à pœna & culpâ, etiam sine literis veniarum sibi debitam.

(Cum per totam Ecclesiam doceatur, posse interdum contritionem hominis tantam esse, & tantam estimari, ut deleat omnem culpam & pœnam, tum sequitur non semper, nec omnibus, opus esse indulgentijs.)

37. Quilibet verus Christianus sive vivus sive mortuus, habet participationem omnium bonorum Christi & Ecclesiæ, etiam sine literis veniarū à Deo sibi datâ.

(Impossibile est esse Christianum, qui vel in vitâ, vel in mortenon ita habeat communionem bonorum Christi & Ecclesiæ ut non opus sit ullis indulgentiarum literis)

38. Re

38. Remissio tamen & participatio Papæ, nullo modo est contemnenda, quia, ut dixi, est declaratio remissionis divina.

(*Papæ remissio & distributio non est contemnenda, quia est talis ministerialis declaratio & confirmatio remissionis à DEO facta, quæ verissimè est efficax in eo, qui credit verbo DEI à Sacerdote enunciato.*)

39. Difficilimum etiam est doctissimis Theologis, simul extollere veniarum largitatem, & contritionis veritatem coram populo.

(*Difficile est indulgentias valdè laudare, & veram contritionem valdè magnificare. Cum enim satisfactio sit melior, quàm indulgentia satisfactionis, iccirco bona opera, quæ pertinent ad satisfactionem sunt preferenda indulgentiis seu veniis, cum veniæ sint institutæ ab hominibus, nec præcepta, nec consulte divinitus.*)

40. Contritionis veritas pœnas querit & amat, Veniarum autem largitas relaxat, & odisse facit, saltem occasione.

(*Vera contritio pœnas & satisfactiones, ad quas opera bona pertinent, sibi querit & amat, sed indulgentia querunt remissionem pœnarum, ideoq, oderunt pœnas seu satisfactionem & quæ huc pertinent bona opera, ut sunt oratio, jejuniis, elemosina, præfertim quando occasio offertur odio prosequendi impostas pœnas canonicas.*)

41. Cautè sunt veniæ Apostolicæ prædicandæ, ne populus falsò intelligat, eas præferri cæteris bonis operibus charitatis.

(*Prima liberalitas sit, quæ fit pauperibus; secunda quæ in extruccionem templorum; tertia in indulgentias. Prima & secunda sunt divinitus præcepta; tertia non. Ne igitur bus manitus institutæ præferantur divinitus institutis.*)

X X X

42. Docendi

42. Docendi sunt Christiani, quod Papæ mens non est, redemptionem veniarum ulla ex parte comparandam esse operibus misericordiæ.

(Docendus est populus, quod nec Papa ut publica persona, quatenus per canones ipse loquitur, nec canones Papales comparent indulgentiarum emissiones operibus charitatis.)

43. Docendi sunt Christiani, quod dans pauperi, aut mutuans egenti melius facit, quam si venias redimeret.

(Docendum & non dissimulandum, quod elemosina distributio vel mutatio melior sit indulgentiarum emissionibus.)

44. Quia per opus charitatis crescit charitas, & fit homo melior, sed per venias non fit melior, sed tantummodo à pœnaliberior.

(Per exercitium operum charitatis divinitus mandatorum crescit charitas & homo fit probior, per indulgentiarum emissiones fit liberior à pœnis ab homine denuntiatis.)

45. Docendi sunt Christiani, quod qui videt egentem, & neglecto eo, dat pro venijs, non indulgentias Papæ, sed indignationem DEI sibi vendicat.

(Docendum, quod qui elemosinam denegat pauperi, ut possit interim emere indulgentias, is non indulgentiam, sed DEUM iratum accipiet.)

46. Docendi sunt Christiani, quod nisi superfluis abundant, necessaria tenentur domui tuæ retinere, & nequaquam propter venias effundere.

(Docendum quod indulgentiarum emissiones, imprimis à pauperibus, quibus nihil domi est superflui, præmitti debeant.)

47. Docendi sunt Christiani, quod redemptio veniarum est libera, non præcipua.

(Docendum quod indulgentiarum emissiones non sunt divinitus mandata, sed libera.)

Docendi

48. Docendi sunt Christiani, quod Papa sicut magis eget, ita magis optat in venijs dandis pro se devotam orationem, quam promptam pecuniam.

(Docendum quod Papa propter officium, quod gerit summum, pluribus opus habet pro se orationibus Christianorum. Ergo sicut sine dubio optabit plures pro se, ita in indulgentijs dandis plus optabit pro se intercessionibus Christianorum, quam eorum nummos. Debebat fieri.)

49. Docendi sunt Christiani, quod veniæ Papæ sunt utiles; si uon in eas confidant, sed nocentissimæ, si timorem DEI per eas amittant.

(Docendum, quod indulgentiæ sint nocentissima, si per eas creatur securitas timoris DEI, utiles si in eas non ponatur fiducia.)

50. Docendi sunt Christiani, quod si Papa nosset exactiones venialium Prædicatorum, mallet Basilicam S. Petri in cineres ire, quam ædificari cure, carne & ossibus ovium suarum.

(Emtores indulgentiarum solebant aut mutuari, aut etiam tunicas vendere & conjuges inuitis viris mendicare. monachi inuitis pralatis aliunde comedere, ut haberent, unde solverent pro indulgentijs. Docendum igitur si Papa hoc nosset, quod mallet Basilicam Petri pro indulgentiarjs pecunijs extruendam penitus perire.)

51. Docendi sunt Christiani, quod Papa sicut debet, ita vellet, etiam vendita, si opus sit, Basilica S. Petri de suis pecunijs dare illis, à quorum plurimis quidam Concionatores veniarum pecuniam eliciunt.

(Docendum quod Papa teneretur & deberet venditâ Basilicâ pecuniam ipse distribuere illis, quos quidam concionatores indulgentiarum pecunijs nunc spoliant.)

X X X z

Vana

52. Vana est fiducia salutis per literas veniarum, etiam si commissarius, imo Papa ipse suam animam pro illis impignoraret.

(Mendacium est dicere, homines posse salvari per indulgentias, etiam si vel nundinatores vel Papa ipse animam e mentibus pro asssecuratione interponeret.)

53. Hostes Christi & Papa sunt ij, qui propter venias prædicandas verbum DE I in Ecclesiis penitus file-re jubent.

*(Hostes Christi & Papa sunt, qui jubent ut prætermis-
sistis textibus sacris tantum pro concionibus, indulgentia à DE O
non præcepta prædicentur.)*

54. Injuria fit verbo DE I, dum in eodem sermone a quæle vel longius tempus impenditur venijs, quàm illi.

(Cum prædicatio indulgentiarum nec sit necessaria, nec multum utilis, injuriosum hoc est in verbum DE I, quod plus temporis, vel æquale tempus infumitur prædicationi indulgentiarum, atq; prædicationi verbi sacri pro concionibus.)

55. Mens Papæ necessariò est, quod si veniæ, quod minimum est, una campana, unis pompis & ceremonijs celebrantur. Evangelium, quod maximum est, centum campanis, centum pompis, centum ceremonijs prædicetur.

(Ad prædicationem indulgentiarum sufficiebat una campana, una pompa, una ceremonia. Verbi autem prædicatio digna est centum campanis convocantibus populum, centum pompis reiteratis, centum ceremonijs adhibitis, idq; de mente Papæ prout in antiquis canonibus est videre.)

56. Thesauri Ecclesiæ, undè Papa dat Indulgentias, nequè satis nominati sunt, nequè cogniti apud populum Christi.

Quæritur.

(Quæro, utrum Theſauri Eccleſiæ, unde Papa dat indulgen-
tias, ſatis ſint noti in Eccleſiâ.)

57. Temporales certè non eſſe patet, quod non tam
facile eos profundunt, ſed tantummodo colligunt
multi concionatorum.

(Temporales eſſe nequeunt, quia tales non profunduntur,
ſed potiùs aride colliguntur à concionatoribus Indulgentia-
rum.)

58. Nec ſunt merita CHRISTI & Sanctorum,
quia hæc ſemper ſine Papa operantur gratiam hominis
interioris, & crucem, mortem, infernumq; exterioris.

(Nequeunt eſſe Theſauri merita Chriſti, quia quod meriti-
um Chriſti ſit indulgentiarum Papalium Theſaurus, ex Scri-
pturâ probari nequit. 2. Nequeunt eſſe Theſauri merita San-
ctorum 1. quia nec ullus ſanctorum in hæc vitâ implet legem
DEI, quem modo ergo ſuperabundabit meritis vel operibus ſu-
per erogationis Luc. 17. Cum feceritis omnia, dicite, ſervi in-
utiles ſumus: 2. quia ad mentem ſcripturæ, martyrum &
ſanctorum merita non ſunt opera communicabilia ſed ſunt
exhortationes & exempla martyrorum, quæ imitari nos decet.

59. Theſaurus Eccleſiæ S. Laurentius dixit eſſe
pauperes Eccleſiæ, ſed locutus eſt uſu vocabuli ſuo tem-
pore.

(S. Laurentius pulchrè, ſui temporis ſtilo, pauperes vocabit
Theſaurus Eccleſiæ, cum juberetur Imperatori theſaurus Ec-
cleſiæ monſtrare.)

60. Sine temeritate dicimus, claves Eccleſiæ, meri-
to Chriſti donatas eſſe theſaurum iſtum.

(Dicimus ex ſermis fundamentis, quod potestas clavium,
merito Chriſti donata, ſit Theſaurus Eccleſiæ.)

61. Clarum eſt enim, quod ad remiſſionem poena-
rum & caſuum, ſola ſufficit potestas Papa.

)(X) 3

Ad

(Ad remissionem poenarum Canoniarum & casuum (Pa-
pa reservatorum) sola sufficit potestas Papae, non verò simul
data est ei potestas & auctoritas communicandi & distribu-
endi merita Christi per indulgentias.)

62. Verus Thesaurus Ecclesiae est sacrosanctum Eu-
angelium gloriae & gratiae DEI.

(Verus Thesaurus Ecclesiae est Evangelium.)

63. Hic autem est meritò odiosissimus, quia ex pri-
mis facit novissimos.

(Evangelium humilimos sub cruce anteponit altissimis ab-
que cruce, inspicientes sapientibus mundi, iccirco odiosum est.)

64. Thesaurus autem Indulgentiarum meritò est
gratissimus, quia ex novissimis facit primos.

(Indulgentiae pro pecuniâ faciunt contrarium, dignum ex
indigno, ideoque sunt gratissima.)

65. Igitur thesauri Evangelici retia sunt, quibus o-
lim piscabantur viros divitiarum.

(Per Evangelium Apostoli piscati sunt non thesauros, sed
ipfos opulentissimos viros.)

66. Thesauri indulgentiarum retia sunt, quibus
nunc piscantur divitias virorum.

(Per hodiernas indulgentias concionatores piscantur non
viros, sed tantummodo thesauros opulentissimorum viro-
rum.)

67. Indulgentiae, quas Concionatores vociferan-
tur maximas gratias, intelliguntur verè tales, quod ad
quæstum promovendum.

(Hodierna indulgentia ideo sunt magnae gratiae, quia ma-
gna lucrum generant.)

68. Sunt tamen reverà minimae, ad gratiam DEI
& crucis pietatem comparatae.

(Hodierna indulgentia sunt minima si conferantur ad gra-

riam Dei. Et ad exercitium crucis nihil faciunt, quia faciunt
pigros in ferendis exercitijs mortificationis.)

69. Tenentur Episcopi & Curati veniarum Aposto-
licarum commissarios cum omni reverentia admit-
tere.

(*Attamen debent Episcopi etiam in his vilibus rebus, qua
spectant indulgentias à pœnis Canoniciis, revereri Papales
commissarios propter Papam summum magistratum Eccle-
siasticum.*)

70. Sed magis tenentur omnibus oculis intendere,
omnibus auribus advertere, ne pro commissione Papæ,
sua illi somnia prædicent.

(*Episcopi autem & Pastores suis auditoribus ita consuliere
debent, ne somnia commissariorum pro Commissione Papa ex-
cipiant. Papa enim in suis Canonibus ipse indulgentias vocat
saltem relaxationes satisfactionum canonicarum seu pœni-
tentialium & existimat mentiri qui per eas homines volunt
liberare tam facile ex purgatorio.*)

71. Contra veniarum Apostolicarum veritatem,
qui loquitur, sit ille anathema & maledictus.

(*Est res vilis est, nimirum tantum relaxatio satisfactio-
nis Canonice seu pœnitentialis, ipsa indulgentia, tamen sit a-
nathema, qui summo magistratui ecclesiastico etiam hæc in
parte se opponit.*)

72. Qui verò contra libidinem ac licentiam verbo-
rum Concionatoris veniarum curam agit, sit ille be-
nedictus.

(*Qui verò corrigit petulantem linguam buccinatorum
papalium, qui plus quam decet, indulgentias attollunt, is
sic benedictus.*)

73. Sicut Papa justè fulminat eos, qui in fraudem
negotij veniarum quacunq; arte machinantur.

(*Sicut*

(Sicut Papa vindicat recte suum officium, et jam in regorio
indulgentiarum, quæ sunt saltem satisfactorum poenarum
relaxationes.)

74. Multò magis fulminare intendit eos, qui per
veniarum pretextum in fraudem sanctæ charitatis &
veritatis machinantur.

(Ita quoque Papa execrari debet buccinatores indulgen-
tiarum qui populo ita persuadent ut certo credat se nihil me-
lius facere, quam si emat indulgentias, ommissis in crimine
divinitus præceptis operibus.)

75. Opinari venias papales tantas esse, ut solvere
possint hominem, etiam si quis per impossibile Deum
genetricem violasset, est insanire.

(Magna insania est, quod putant tantas esse indulgentias,
ut remittant homini peccatum etiam si matrem Domini vio-
lasset.)

76. Dicimus contra, quod veniæ papales nec mi-
nimum venialium peccatorum tollere possint, quoad
culpam.

(Econtra dicimus quod indulgentiæ nullam culpam ullius
vel minimi peccati venialis tollere possint, sed tantum rela-
xent Canonicas seu poenitentiales satisfactiones, seu poenas
ab hominibus impositas.)

77. Quod dicitur, nec si S. Petrus modò Papa esset,
majores gratias donare posset, est blasphemia in S. Pe-
trum & Papam.

(Blasphemia in Petrum est, quod dicunt buccinatores, nec
Petrum, si jam Papa esset, majores indulgentias dare posse,
quam dant ipsi.)

78. Dicimus contra, quod etiam iste & quilibet Pa-
pa, majores habet, scilicet Evangelium, virtutes, gra-
tias curationum, &c. ut 1. Cor. 11.

Econtra

(Econtra afferimus quod majores gratias habent Petrus & Papa, quos possent distribuere, Evangelium scilicet, virtutes, dona sanandi, 1. Cor. 12.)

79. Dicere crucem armis papalibus insigniter erectam, cruci Christi æquivalere, blasphemia est.

(Blasphemia est crucem papalibus armis decoratam & sub concione indulgentiarum erectam æquiparare ipsi cruci Christi, cum tamen crux Christi, id est Christus in eo pendens vivificet totum mundum, crux Papa liberet à quibusdam penis humanitus institutis.)

80. Rationem reddent Episcopi, Curati & Theologi, qui tales sermones in populum licere sinunt.

(Pro talibus blasphemijs hinc inde sparsis Episcopi Pastores & Theologi reddent rationem DEO, cur coram populo talia effluentibus, non contradixerint.)

81. Facit hæc licentiosa veniarum prædicatio, ut nec reverentiam Papæ, facile sit, etiam doctis viris, redimere à calumnijs, aut certè argutis quæstionibus laicorum.

(Sacerdotium propter avaritiam & alios pessimos mores jam antea malè audiens, per hosce licentiosos abusus prædicatarum indulgentiarum per tabernas passim à vulgo ita defendetur, ut nec à doctis viris satis defendi queat.)

82. Scilicet cur Papa non evacuat Purgatorium, propter sanctissimam charitatem, & summam animarum necessitatem, ut causam omnium justissimam, si infinitas animas redimit propter pecuniam funestissimam ad structuram Basilicæ, ut causam levissimam,

1. (Quærit enim vulgus, si Papa pecunia ad extruendam Basilicam necessaria causâ redimit infinitas animas ex purgatorio,

8.
De octo objectionibus
laicorum
contra impudentes
prædicationes indulgentiarum.

A

gatorio,

gatorio, cur non multò magis redimit & dimittit omnes animas ex purgatorio propter charitatem Christianam & propter ipsarum animarum desiderium.)

83. Item, Cur permanent exequia & anniversaria defunctorum, & non reddit, aut recipi permittit Beneficia pro illis instituta, cum jam sit injuria pro redemptis orare,

2. (Beneficia Ecclesiastica sunt instituta propter officia clericorum, ut orent pro defunctis in purgatorio. Si autem per indulgentias defuncti redimuntur & citò evolvant ex purgatorio, tum debet Papa reddere beneficia seu bona pro illis defunctis instituta, Injuria enim est diutius fungi illis officijs & ulterius orare pro illis, qui per indulgentias tam citò redempti, illicò ex purgatorio evolarunt, Sed sic esurient sacerdotes.)

84. Item, Quæ illa nova pietas DEI & Papæ, quod impio & inimico propter pecuniam concedant animam piam & amicam DEI redimere. Et tamen propter necessitatem ipsiusmet piæ & dilectæ animæ, non redimunt eam gratuitâ charitate?

3. (Mirabile est, quod per indulgentias à DEO & Papa impio homini conceditur ut pro pecunijs liberet piam animam ex purgatorio & quod eandem non liberant ipsi propter ejusdem summam necessitatem ex charitate gratuita.)

85. Item, Cur Canones pœnitentiales, reipsâ & non usu, jam diu in semet abrogati & mortui, adhuc pecunijs redimuntur per concessionem Indulgentiarum, tanquam vivacissimi?

4. (Cur pœnarum Canonicarû relaxatio pro pecunijs emitur, cum ipsi Canones pœnitentiales secundum quos imponenda essent pœna, non amplius sint quoad literâ in usu, sed negotium omne in confess. & absolut. arbitrio sacerdotis committatur.)

86. Item,

86. Item, Cur Papa, cujus opes hodiè sunt opulentissimis Craslis crasiores, non de suis pecunijs magis, quam pauperum fidelium, struit unam tantummodo Basilicam S. Petri?

5. (*Cur Papa ditissimus Monarcha non extruit Basilicam Petri de sua pecuniâ, sed de collectis hinc inde à pauperibus Christianis.*)

87. Item, quid remittit aut participat Papa ijs, qui per contritionem perfectam, jus habent plenariæ remissionis & participationis?

6. (*Si aliqui tantâ sibi possunt contritione torquere, ut omnium peccatorum suorum reatum aboleant, tum merito, quaritur quidnam talibus, perfecte contritis per Indulgentias Papa possit remittere vel distribuere.*)

88. Item, quid adderetur Ecclesiæ boni majoris, si Papa, sicut semel facit, ita centies in die cuilibet Fidelium has remissiones & participationes tribueret?

7. (*Item si Papa centies una die daret Indulgentias hic quaritur si quis post veniam prima vice acceptam non amplius incidat in peccatum, quidnam profint reliq. vices repetitarum indulgentiarum.*)

89. Ex quo Papa salutem quærit animarum per venias magis, quam pecunias. Cur suspendit literas & venias jam olim concessas cum sint æquè efficaces?

8. (*Si Papa plus curat salutem animarum, quam pecunias, cur suspendit & cassat bullas indulgentiarum antea à se concessas, cum sint æquè efficaces. atque nova bullæ.*)

90. Hæc scrupulosissima laicorum argumenta, sola potestate compefcere, nec reddita ratione diluere, est Ecclesiam & Papam hostibus ridendos exponere, & infelices Christianos facere.

(Ecclesiam & Papam risui exponunt, & Christianos efficiunt infelices, qui ad hæc argumenta laicorum nihil respondent, sed opposites tantummodo terrent auctoritate Papæ ut cogantur quiescere, seu tacere.)

91. Si ergò veniæ secundum Spiritum & mentem Papæ prædicarentur, facilè illa omnia solverentur, imò non essent.

(Rectè solverentur immò evanescerent illa laicorum argumenta, si Indulgentia prædicarentur juxta mentem Papæ in Clementinis & Gregorianis ubi ostenditur quod indulgentia nihil sint aliud quam relaxationes pœnarum saltè canonicarum, non verò omnium promiscuè peccatorum & pœnarum.)

92. Valeant itaq; omnes illi Prophetæ, qui dicunt populo Christi, Pax, pax, & non est pax.

(Malè igitur concionatores indulgentiarum dicunt pacem esse ex indulgentiis, cum non sit ex illis pax apud auditores.)

93. Benè agunt omnes illi Prophetæ, qui dicunt populo Christi: Crux, crux, & non est crux.

(Nec eorum est durum dicendum jugum, qui ad crucem & exercitia continua seria pœnitentia adhortantur, cum non sit mala talis crux.)

94. Exhortandi sunt Christiani, ut caput suum Christum per pœnas, mortes, infernosque sequi studeant.

(Christianus docendus, ut discat in seria & continua pœnitentia, in calamitatibus & morte adherere Christo.)

95. Ac sic magis per multas tribulationes intrare cœlum, quàm per securitatem pacis, confidant.

(Ac sic magis per tales tribulationes, quàm per vanam spem indulgentiarum intrare in cœlum.)

FINIS.

THESES

THESES DE INDULGENTIIS PONTIFICIIS

Quarum partem unam defendet

M. PAULUS RÖBERUS Illustrissimæ Au-
læ Archiepiscopatus Magdeburgensis Concionator
aulicus,

Partem verò alteram

M. JOSUA STEGMANNUS designatus
Pastor, Superintendens ac Professor primarius
Stadhagensis.

I.

Proœmium disputationis.

I. Cunctos Christianos V. & N. Testamenti in hac vitâ mul-
tories labi & post admissas prævaricationes contra legem di-
vinam fieri reos iræ Dei, & donec agant pœnitentiam atq; con-
vertantur, Deo acceptos fieri non posse, verbo Dei satis edocemur,

II. Pœnitentiâ verò seu conversionem neminem agere posse
veram, nisi agat illam ipsam secundum ordinem divinitus in
verbo Dei præscriptum, adeoq; neminem consequi remissionē
peccatorum certò posse, nisi post contritionem ob agnita pec-
sata, ex concione legis excitatam & fide credat sibi remitti pec-
cata propter solum Christum in Evangelio annunciatum, ad-
eòq; in absolutione privatâ vel publicâ meritum ejus sibi appli-
cante, *isidem verbo Domini sufficienter instruimur*: Lev. 16. per totum,
Marci 1, 15. μετανοείτε καὶ πιστεύετε ἐν τῷ εὐαγγελίῳ: pœnite-
mini, vel respicite & credite Evangelio

III. Ex verbo præterea Domini satis constat, solâ fide justificatis
post remissam culpam seu post acceptam remissionem peccatorum,
tamen aliquando Deum singulares seu pœnas largo re-
spectu dicitas, seu afflictiones, seu correptiones imponere, licuti

A 3

præ

Psalm. iniquitate
celarum. Pro-
be ad se ipsum
veniam, et
primam salutem
peccata sua ag-
nitio. Propter
solum Christum
fidei, verum in
E. enim peccata
longe, et non agnitio
et confitetur. n
sibi falsum. Pet-
agnoscit. Pecc-
et ignoscit et pe-
et oportet non pe-
care in gratia. Et si
ignoscere non oportet
tu et confitetur
nem

ntia agite

præ reliquis testantur pulcherrima exempla 2. Sam. 12, 13. ubi post absolutionem Nathani *translata* Dominus peccatum tuum, tamen statim subicitur ab eodem, *verum tamen, quia blasphemare fecisti inimicos, propter hoc filius, qui nascetur tibi, moriendo morietur.* Et 2. Sam. 24. 12. ubi post confessionem & sine dubio secutam absolutionem è vestigio adjicitur: *Tria tibi offero, elige tibi unum ex his, aut septem annis veniet tibi fames, aut tribus mensibus fugies adversarios tuos, aut tribus diebus erit pestilentia, & quæ sunt alia quàm plurima.*

I V. Ex verbo etiam Domini colligimus, quod seriis & indefinitis precibus, & constantiore maximeque infucata pœnitentiâ piorum commotus Dominus plurimis correptiones à sese impositas, ipse quoque vel ex toto, vel ex parte, *quandoq;* gratuito relaxet & dimittat, vel certè intra illas ipsas, justo & sapienti suo consilio continuatas, iisdem patientiam, consolationem, vires & constantiam clementissimè largiatur.

V. Verbo item Domini satis patet, quod ita suum opus moderetur Dominus, ut aliquando sese convertentibus prorsus nullas imponat temporarias vel corporales afflictiones.

V I. Ante Papatum extra controversiam hoc fuit, observandumq; est quàm penitissimè, de causâ efficiente & sine impositarum, post conversionem calamitatum, quod non habeant illæ afflictiones hanc rationem in reconciliatis, quasi Deus nondum sit satis reconciliatus, & aliquid offense retinuerit etiam post remissionem peccatorum annuntiatam, nec plenè reconciliati queat, nisi per sufficientes tales piorum afflictiones, *sed quod imponantur tantummodo ad castigationem sui & ad exemplum aliorum, ut & illos pios & alios omnes deinceps à peccato deterreant.*

V II. Nisi enim hoc asseratur solidissimè, tum sequeretur 1. satisfactionem Christi pro peccatis nostris non esse plenariam, contra illud 1. Joh. 2, 2. *ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.* Et 2. nostra opera passionesq; aliquam sibi vindicare partem remissionis peccatorum & ingredi in articulum redemptionis, contra illud Apostoli. Rom. 3, 28 *absq; operibus legis hoc est, sola fide in Mediatorem justificamur, & ut versio Syriaca habet Rom. 4, 5 Et qui non operatur, sed TANTUM credit in eum qui justificat peccatores, imputatur ei fides ejus ad justitiam.*

II X. Ex.

II. Extra controversiam ante Papatum hoc etiam fuit, Deum corporalibus & temporalibus afflictionibus & correptionibus pios tantummodo exercere in hac vita.

IX. At sub Papatu docuerunt, homini etiam post contritionem & confessionem opus esse satisfactione quadam, ideoq; eidem non modo divinitus imponi poenas corporales post acceptam remissionem peccatorum, sed etiam a sacerdote pro varietate circumstantiarum peccati commissi debere dictari satisfactionem Canonica[m].

*Depravatio
sane doctrinae
de R. P.
sub Papatu*

X. Deinde docuerunt, temporalium illarum poenarum reatum etiam post mortem saepenumero luendum, per annos valde multos, idq; in peculiari loco, quem vocant purgatorium.

XI. Ulterius docuerunt, poenas temporales alterius vitae, quae in purgatorio luendae essent, redimi & decurrari posse hujus vitae satisfactionibus quibusdam.

XII. Praeterea docuerunt, 1. in Ecclesia extare thesaurum collectum ex passionibus & meritis Christi, & ex superfluis Sanctorum, ac superabundantibus per passionibus & afflictionibus atq; meritis. 2. & pro poenis temporalibus dictis diluendis posse redimi passionum & meritorum alienorum applicationem ex illo thesauro, ijs, qui sunt rei luendae poenae post culpam remissam, 3. & potestatem applicandi abundantes passiones operaq; supererogationis ac vendendi indulgentias, esse penes Episcopum illius urbis, quae quondam erat Domina orbis.

XIII. Legatur de hac sententia Papatus Tomus primus operum LUTHERI latinus, in quo extant & LUTHERI & Pontificiorum istius temporis scripta, nimirum Tezelij, vel potius Doctoris Conradi VVinpinc, Silvestri Prioriatis, Eccij, & aliorum.

Primi adversarij D. LUTHERI,

XIV. Neque concilium Tridentinum aliud mitius proponit. Neque hodie in praxi alia est sententia praesertim vulgi, etsi Bellarminus adhibitis distinctionibus purius aliquantulum sentire vult videri lib. 1. cap. 7. de Indulgentiis.

XV. Caeterum ex illa doctrina Papatus, quae, quales & quantae per Europam omnem extiterint seculis superioribus fraudes, impietates, blasphemae,

blasphemiarum, carnificiarum conscientiarum, aliarumque calamitates temporales & æternæ infinitarum animarum, multis & magnis commentariis vix commemorari, lachrymis sanguinolentis deplorari satis nunquam potest.

XVI. Unum verò est, pro quo clementissimum Patrem Domini nostri Jesu Christi satis laudare & honorare non possumus, quod nimirum, ante hos centum annos, nostri misertus, ansam præbuit hanc ipsam in manus sui selectissimi Organi D. MARTINI LUTHERI, ut multorum oculos aperiret, qui postea celerrimè errores & superstitiones & furores illos illicò agnoverunt, & cum execratione magnà abjecerunt.

XVII. Secuta est ex eo ipso tanta regni Pontificij ruina, quam nunquam metuit ullus Pontificum & quæ ad pristinam majestatem in regionibus nostris recuperandam ipsi omnem spem jam dudum, ademit.

XVIII. Cum igitur per Dei gratiam nunc temporis, seculum primum reformationis felicissimè per D. LUTHERUM facta decurrat ad finem, cumque in hos ipsos temporis articulos Doctoralis disputatio proponenda veniret, utile & dignum visum fuit, primam ipsam de indulgentiis, adversus Pontificem Romanum à LUTHERO disputationem repetere, & de necessarijs quibusdam nostros homines veterum illarum doctrinarum, & indulgentiarum ignaros pariter admonere. Quam ad rem à Deo Patre luminum, Spiritus Sancti operationem exoptamus largissimam.

2. Quidnam D. LUTHERUM adhuc sub Papatu densissimo constitutum, tam animosum reddiderit adversus Johannis Tezelij Pirnensis nundinationes indulgentiarum.

XIX. Initio non videtur silentio prætereundum esse illud, cum LUTHERUS nequaquam in animo habuerit hoc anno retrorsum numerato centesimo ipsum densissimum invadere Paparum, sed saltem de quibusdam tanquam DISPUTANDI gratia monere, quinam ipse tum Papista Papistarum indulgentiarum hyperbolas Tezelianas tam fortiter & graviter disputando aggressus fuerit.

XX. Eccle-

XX. Ecclesie igitur istius temporis historiam paulo penitius considerantes deprehendemus, Lutherum sui temporis Papas cum antecedentium temporum Pontificibus contulisse, indeque argumenta animositatis sue & zeli sanctissimi non levia, addo etiam coram ipsis Pontificijs speciosa hausisse.

XXI. Primò enim etsi de purgatorio quodam apud veteres quædam extare videbat, tamen illa ipsa à descriptione recentissima liberationis ex eodem per indulgentias maximopere discrepare satis animadvertēbat.

XXII. Notissima quippè habebat & citat ipsemet in resolutionibus sua disputationis de indulgentiarum virtute ad Leonem X Pontificem in resolutione super XXVI. conclusionem ex libro 5. Clementinarum & quidem ex titulo IX. de penitentis & remissionibus caput 2. cuius initium Abusibus verba Clementis V. Pontificis.

XXIII. Ea verba Clementis V. qui vixit circa annum Christi 1300. hæc sunt : Ad hæc cum aliqui ex huiusmodi quæstoribus, non sine multa temeritatis audacia &c. deceptione multiplici animarum indulgentias populo motu suo proprio de facto concedant, & tertiam aut quartam partem de penitentis injunctis relaxent, animas tres vel plures parentum vel amicorum illorum, qui Eleemosynas eis conferunt, de purgatorio, (UT ASSERUNT MENDACITER) extrahant & ad gaudia paradisi perducant. Hæc fuere verba Clementis V. Pontificis.

XXIV. Ex his igitur Clementis V. verbis ita concludere Lutherus perquam facile sub ipso papatu poterat. Qui per indulgentias animas ex purgatorio volunt tam facile extrahere, ij de sententia ipsius veteris Pontificis Clementis V. sunt mendaces assertores. At Tezelius per indulgentias etiam gravissimos peccatores ex purgatorio tam facile vult illicò extrahere. E. est mendax Tezelius.

Minor probatione nequaquam egebat operosa, & constat ejusdem Tezelii nimia temeritas ex illorum temporum historiis, si quidem animas ex purgatorio ad tinnitum primum nummi incistam conjecti liberari, quin & remissiones profuturis peccatis valere ebuccinabat.

XXV. An non impudens erat temeritas quod pro precio & mercede vecturæ, cibi ac potus atque famulitii Tezelius

B

solve-

1.
Vetera decreta Canonica talem ex purgatorio liberationem ignorarunt.

solvebat vectoribus, hospitibus, & servis hoc ipsum premium, quatuor aut quinque nimirum animarum cognatorum suorum liberationem ex purgatorio. Vide Luther. in primis proposit. item in resolut. super 32. conclus. sine & alibi, contra Hans Wurst Tom. 7. Jen. Germ.

2. Vetera decreta Canonica tantum pro LEVITICIS peccatis indulgentias valere voluerunt.

XXVI. Deinde notum erat Lutheri & ab ipso quoque citatur, ex decreti prima parte distinctionis XXV. caput quartum, ex Gregorii Dialogo, quod ita habet, *Qualis hinc quis egreditur, talis in iudicio presentatur, sed tamen de quibusdam levibus culpis esse ante iudicium purgatorius ignis credendus est.* Hæc ibi verba capit, &

XXVII. Adversus hanc veterem Gregorii admonitionem Juri Canonico vel Pontificio insertam *Ne peccata* pugnare cernebat Lutherus *illas Terelij voces, quibus etiam gravissimas culpas remittere promittebat, i. Papales venias esse tantas ut solvere possiat hominem etiam si quis per impossibile Dei genitricem violasset. 2. Item S. Petrum si modo Papa esset, majores gratias donare non posse. 3. Item crucem armis papatibus insigniter erectam cruci Christi æquivalere &c.* Hæc igitur voces Terelij falsas & blasphemias esse quoad primum conspectum cernebat & palpabat Lutherus ex Gregorii sententiola Juri Canonica inserta.

3. Vetera decreta Canonica indulgentias respectu poenitentia proferentis in cellerant.

XXVIII. Tercio in resolutionibus quæ extant Tomo I. Ienensi & Witteberg. Latino, super conclusionem 20. citat caput 14. Cum ex eo, ex titulo 38. de poenitentia & remissione, libri quinti decreti alium Gregorii ubi hæc inter alia extant Innocentii III. veteris Pontificis qui vixit circa annum Christi, 1200. verba. Ad hæc quia per indiscretas & superfluas indulgentias, quas quidam Ecclesiarum prælati facere non verentur, & Claves Ecclesiæ contemnantur, ET PŒNITENTIALIS satisfactio ENERVATUR, decernimus ut cum dedicatur basilica, non extendatur indulgentia ultra annum sive ab uno, sive à pluribus Episcopis dederetur. Hæc ibi.

XXIX. Hinc igitur ita concludebat Lutherus: Id quod enervat vel laxat poenitentialem (viventiam nimirum) satisfactionem, non potest alios habere effectus (apud mortuos in purgatorio) Sed indulgentiæ (de sententia ipsius veteris Papæ) laxant vel enervant poenitentiales satisfactio-

satisfaciones. Ergo non possunt effectus habere apud mor-
tuos: id quod tamen vult Tezelius,

XXX. Quarto citat Lutherus ex iisdem resolutionibus, eo-
dem titulo & libro caput 4. (Quod autem) & quidem hæc ver-
ba Alexandri III. Pontificis qui vixit circa annum Christi
1160. *Quod autem Consulisti, Vtram remissiones, que sunt in dedicatio-
nibus Ecclesiarum aut conferentibus ad adificationem pontium, aliis profint,
quam his qui remittentibus subsunt. Hoc volumus tuam fraternitatem
tenere, quod cum à NON SUO JUDICE ligari nullus valeat vel
absolvi, remissiones prædictas prodesse illis tantummodo arbitramur, quibus
ut profint proprii iudices specialiter indulserunt.* Hæc ille.

4. Vetera de
creta Cano-
nica Glosse
que defun-
ctos non a-
plius esse sub
judicio Pa-
pæ statue-
runt.

XXXI. Hinc iterum concluderebat contra Tezelium: Nemo potest
absolvi vel ligari nisi à suo iudice, juxta sententiam Papæ Ale-
xandri III. At defuncti in purgatorio non sunt sub judicio
Papæ sed sub judicio Dei, ut habet apertè glossa ad c. *Abusio-
nis*. Ergo defuncti in purgatorio nec à Papa, nec à Papali
communiario vel ligari vel absolvi possunt. Et per consequens.
Ergo mendaces sunt voces Tezelij, 1. Papam remittere animabus in
purgatorio omnem pœnam quam in hac vita debuissent sol-
vere, 2. Statim ut nummus jactus in cistam tinnierit, ani-
mam evolare ex purgatorio.

5. Saniores
Pontifices

XXXII. Quintò noverat Lutherus decretum Concilii La-
teranensis sub Innocentio III. circa annum Christi 1200. de
indiscretis indulgentiis factam, cujus etiam ipse Bellarminus
meminit lib. 1. cap. 12. de indulgentiis his verbis; *Laudandus me-
rito est Clemens 11 X. p. m. qui nunc sedet, quod decretum Concilii Latera-
nensis sub Innocentio III. de moderandis indiscretis indulgentiis ad vete-
rem & probatam Ecclesie consuetudinem executioni mandare studet.* Hæc
ille.

semper in-
dulgentias
moderate
tractandas
præceperunt

XXXIII. Econtra videbat tunc temporis etiam Laicis
discretioribus apertam rei indignitatem maximam & dete-
standam quod indulgentiis tunc prædicatis prætexeretur sa-
lus quidem æterna miseriarum animarum in purgatorio, sed
tamè avidissimè interim ac rigidissimè quæreretur emolumentum pri-
vatum.

Occasio præ-
dicationis
indulgentia-
rum quæ
tunc tam
audacter in-
stituit Teze-
lius.

principalium duorum, nimirum Papæ Romani Leonis X. tum etiam Alberti Marchionis & Electoris Brandenburgensis, titulo S. Chryfogoni Cardinalis Romani, & Archiepiscopi Moguntini & Magdeburgensis, & Administratoris Halberstaden-
sis.

XXXIV. Pontifex Romanus Basilicam Petri à Silvestro circa annum Christi 330. Romæ in honorè Petri captam, à Constantino Magno renovatam, postea Pontificum aliorum decreto & continuatis edificationibus, tantæ altitudini destinatam, ut quemadmodum Petrus caput Apostolorum, super omnes alios Apostolos, Romanus Pontifex omnium Episcoporum caput super omnes Episcopos, ita Romana Basilica illa Petri excelleret super omnes totius Orbis basilicas & templa) elaborare ipse quoque aliquomodo volebat: Albertus verò cardinalis delegatus Papæ & Inspector Tezelii pallium Episcopale redimere debebat à Romano Pontifice, pro Episcopatu nupero quod sine ingente summa ducatorum fieri non poterat, nimirum 26000. vel 30000. florenorum, ut annotat ex historia illius temporis [Lutherus contra Hansß Wurf/ Tom. 7. Jen. Germ. vom Lutherischen Lerm.

XXXV. Ut igitur plus pecuniæ pro ambobus colligeretur, & quidem breviori temporis compendio, iccirco tam liberales tolerabantur buccinationes Papalium, indulgentiarum.

XXXVI. Hæc postea Pontificii scriptores ipsi coacti sunt fateri & deplorare. Sic enim Johannes Cochleus in libro de actis & scriptis Lutheri fol. 3. Leo X. Vir liberalis & ad erogandas (ne dicam profundendas) quam ad corrogandas ac quaritandas pecunias multo pronior &c. Hæc ille. Huc illud Onuphrij in vita Adriani VI. Indulgentias parcius largi quam, antecessores concedebat propterea quod profusiore largitione ad vilitatem contemptumque apud plebem recidissent, & Lutherus ex earum abusu, vesaniæ suæ auspicia sumisset. Hæc ille.

XXXVII. Sexto, & PRÆCIPUE, Accedebat in ipso Luthero mens, intelligentiæ, discretionis, iudicii, roboris, constantiæ.

Etiã rem-
pore Johan-
nis Hufß, exi-
erunt indul-
gentiæ in or-
bem propter
fabricam
templi S. Pe-
tri. Vide Lu-
ther. Tom. 6.
Germ. Jen.
sub an. 1537.
in Folgre-
den Lutheri
auff Jo-
han. Hufß
Brieffen.

stantiæ, veritatis nequaquam dissimulandæ aut deserendæ motibus ferventioribus supra communem sortem aliorum hominum. *D. Luther etiam im-*
minum à Spiritu Sancto afflata, & repleta, Spiritus Sanctus igi- *mediam vo-*
tur, ut in Paulo Apostolo Actor 17. 16. Ita in ipso irritatus sese *catio quo re-*
continere non potuit, adeoque Lutherus *alligatus* seu *vinculus il-*
lo Spiritu Sancto seu tanquam vinculo ac impulsu Spiritus San- *pectu pro-*
cti tractus fuit, ut veritatem inquireret, agnosceret, tueretur, *betur.*
omnibus vitæ commodis postpositis, quemadmodum de Apo-
stolo loquitur scriptura Actor. 20. 22.

XXXIIX. Et fuisse in illo tales motus, tota vita doctrinæque ipsius testatum fecit, Et nos hoc argumento freti rectissime asserimus, hoc respectu fuisse *immediatam Lutheri vocatio-*
nem, quam nimirum præter alteram *mediatam & verè etiam*
legitimam similiter habuit.

XXXIX. Et huc pertinet quod nunc ultimo loco commemorandum est. Nimirum objiciebatur ipsi ab Ecclesia statim post divulgatas propositiones in *Obeliscis*, Extravagans ejusdem Clementis V. *de thesauro meritorum Christi per indulgentias distribuendorum*, cui titulus *unigenitus* extatq; lib. 5. Extravagantium communium tit. 9. de penitentiis & remissionibus cap. 2.

XL Sic enim habet illa inter alia quam plurima: *Ut nec supervacua inanis aut superflua effusio sanguinis Christi miseratio redderetur, thesaurum militanti Ecclesie acquisivis, volens suis thesaurizare filius pius pater. Quem quidem thesaurum non in sudario repositum, non in agro absconditum sed per Beatorum Petrum, cæli clavigerum, ejusque successores, suos in terra vicarios, commisit fidelibus salubriter dispensandum. Et, Ad cujus quidem thesauri cymulum B. DE I genitricis, omniumque electorum a primo usque ad ultimum merita, adminiculum prestare noscuntur.* *Hic contingit unus fons indulgentiarum summus.*
Haftenus verba istius clementinæ.

XLI. In hac igitur Extravagante videbat Lutherus pro fundamento uno collocari indulgentiarum Papalium quendam Ecclesiæ thesaurum, constantem ex meritis satisfactionum, Christi & omnium Sanctorum, & addi, per Papam participare posse thesaurum cunctos Christianos peccatis obnoxios.

Est ille thesaurus, Papæ commissus, hodie quoque ful-
crum maximum unum quoddam inter Pontificios adhuc ob-
tinentium Indulgentiarum & Jubilæorum, &c.

XLII. Et in hoc obice jam totius negotii aqua Luthero
hærare videbatur, ad quem tollendum opus erat divinâ ope, &
animi magnitudine imperterritâ, & studio veritatis etiam cum
periculis vitæ asserendæ invictissimo. Id quod etiam felici-
ter evenit.

XLIII. Patet hoc ex responso quod ad Obeliscum illam.
22. Eccij adeoque ad extravagantem Clementis, Lutherus pro-
tulit his verbis; Fateor quidem in extravagante Clementis narrationem
fieri de thesauro meritorum Christi per indulgentias distribuendorum, sed
NUNQUAM lego illud esse APPROBATUM, Aliud est
Papam narrare, aliud statuere, imò longè aliud Papam statuere & Con-
cilium approbare. Hæc Lutherus in Asteriscis contra Obeli-
scos Eccij.

XLIV. Et paulo antea: Imprudentia quadam est, si quis in Phi-
losophia Aristotelis doceat, quod illius auctoritate non putaretur probari.
Concedis? Longè ergo impudentissima omnium temeritas est, aliquid in
Ecclesia asserere & inter Christianos, quod non docuit Christus. At hoc
est, quod hic noster Eccij garrir, dum nihil scholastice loquitur & solus
pudentissime veritatem sequitur, scilicet quod thesaurus meritorum Christi
est in manu Papæ. UBI HOC BIBLIA? UBI PATRES?
UBI CANONES? Excipe magistros nostros, VBI IN TOTO
MUNDO? Hactenus Lutheri verba omnia in quibus spem
omnem victoriæ reponebat.

XLV. Et rectissime. Cum enim ex parte sua Tezelius & Eccij
auctoritatem Papalem ita urgerent, ut ad manifestos etiam
abusus indulgentiarum tollendos nullis monitionibus, etiam
Canonum Papalium antea inculcarorum, permoveri possent,
iocirco Lutherus (qui totum annum 1516. & 1517. in medi-
tationibus rerum sacrarum tantummodo per verbum Domini
ad tranquillandas conscientias firmandis infumferat, id
quod peculiari disputatione breviter demonstratum dedimus)
ex sua parte Bibliorum auctoritatem recurrit.

XLVI. CUM

Vide etiam
in propositi-
onibus pri-
mis, conclusi-
onem 56. 57.
58. cum reso-
lutionibus.

Lutherus to-
to anno 1616
& 1617. à
Spiritu S. ad
opus refor-
mationis in-
fligatus.

XLVI. Cumque jam res eò deveniret, ut Biblia protra-
herentur & præponderare inciperent, tum non amplius Indul-
gentiarum abusus, sed paulo post indulgentiarum anima ipsa,
cum Papæ auctoritate & cum purgatorio aliisque periclitari
cœpit, tum paulatim & paulatim in cariota domo Romana
Ecclesiæ post unam trabem commotam deprehensum fuit to-
tam articulorum plerorumque omnium ædificium scabris
scholasticorum doctorum & humanarum opinionum corro-
sionibus deturbatum. & è contrario per DEI gratiam reno-
vationis splendidissimæ fulcris solidissimis fuit tedinregra-
tum, idque omne ex unico verbo Domini, opera Beatissimi
Lutheri,

3. Quidnam sint indulgentiæ Pontificiæ.

XLVII. Sed hisce prælibatis jam tandem humanarum
opinacionum speculabilia somnia & phantastica nugamenta
de indulgentiis audiamus.

XLIX. Verusti *indulgentiam* vocarunt illam relaxationem,
quando ex canonicis pœnitentialibus denunciata pœniten-
tia non amplius rigide urgebatur sed tandem aliquantum de
ipsa remittebatur. *Vetusti quid-
nam voca-
runt Indul-
gentiam.*

XLIX. Exempla si quis cupit, legat libro tertio Cypriani
Epistolam 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. Ac citat Bellarminus ipse Cy-
priani apud quem ad petitionem martyrum data fuerint in-
dulgentiæ lib. 1. cap. 12. de indulgent.

L. Sensim autem evanescente severiore veterum disci-
plina relaxationes factæ sunt magnæ & plenæ pleniores ple-
nissimæ, non tantum pro vivis, sed etiam statu longe alio &
forma religionis prorsus nova post monstrum purgatorii ere-
ctum pro mortuis, id quod rectè jam olim Pontificiis objecit
Lutherus in resolut. super 26. conclusion. de virtute indulgen-
tiarum.

LI. Suam igitur originem recentes Pontificiæ indulgentiæ
sortitæ sunt ex Christianorum veterum publica pœnitentia,
interdum relaxata ubi ad XXX. dies ad pœnitentiam, jejunia
vel alia damnatus homo vivus, sæpè viciesimo die in gratiam
recipiebatur.

Hodiè

Indulgentia Pontificia quid sint. L I. Hodie igitur *Indulgentia Pontificia* deficiente Bellarmino. Papatus omnis interprete & excusatore, sunt absolutiones iudicialis, annexam habentes solutionem ex thesauro.

LII. Brevia hæc sunt verba, sed brevibus verbis plurimam implicat, & in his ante omnia, causam omnium indulgentiarum pro vivis & pro mortuis innuit. THE SAURUM qui tibi lector penitus est considerandus.

Vera origo Indulgentiarum secundum Pontificios. LIII. *Thesaurum Ecclesie* vocat hunc nimirum, quod Sancti DEI in hac vita multo plura bona opera supererogationis nimirum fecerunt, quam quæ ipsis ad promovendam suam salutem necessaria fuerunt, item quod plura & graviora sunt perpessi quam pro peccatis suis debuerunt. Ergo quæ ad salutem suam & pro peccatis suis non necessaria sancti habuerunt, illa tanquam in communem quandam Ecclesiasticam, cistam Pontificii inter admixta superabundantissima merita passionis Christi conjecerunt, Et hujus thesauri claves Romano Pontifici commissas esse docent, ut iste sive mediate, sive immediate, per se vel per commissarios & delegatos penitentibus, & pecuniam numerantibus vel alia similiaque facientibus pro sua prudentia & autoritate applicare & distribuere queat.

Supererogationis & satisfactionis bona opera in sanctis secundum Pontificios. LIV. Quod ad bona opera attinet Bellarminus lib. 1. cap. 2. de indulgentiis propositione 1. rem illam hoc pacto proponit: *In bonis actionibus hominum justorum duplex valor sive precium assignari potest, meriti videlicet & satisfactionis.* Et paulo post ibidem: *Dicimus in uno atque eodem opere bono, ut Eleemosyna vel jejunio & meritum & satisfactionem reperiri, & unum horum ab altero sejungi posse, neque unum ab altero impediti.*

L V. Primam igitur propositionem & quidem illam partem ejus quod exempli gratia *Eleemosyna sit satisfactoria*, stabilire nititur ex Tobia 4. 11. *Eleemosyna ab omni peccato & à morte liberat.* Sirac. 3. 33. *Sicut aqua extinguit ignem, ita Eleemosyna extinguit peccatum.*

L VI. Secundam propositionis primæ partem quod *Eleemosyna*

mosyna sit meritoria vitæ æternæ, quia sit opus bonum & Deo gratum, perspicuum esse dicit ex Matth. 25, 34, 35. *Percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi, Esurivi enim & dedistis mihi manducare: &c.* Ergo inquit satisfactorium esse convenit Eleemosynæ, quia est opus laboriosum & pænale, deinde meritorium esse convenit eidem quia est opus bonum ex charitate factum.

LVII. Sic quoque de jejuniis procedit: Esse enim hoc satisfactorium asserere nititur ex facto Ninivitarum, Jonæ 3, 10. & illud iridem dicit esse pænale. Esse hoc etiam Meritorium, si fiat ex charitate, contendit obtinere ex illo Matth. 6, 17, 18. *Tu autem cum jejunas, unge caput tuum & faciem tuam lava, ne videaris hominibus jejunare, sed Patri tuo, qui est in abscondito, & Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi (nimirum mercedem ex v. 16.)* Jejunium.

LIX. Orationem 1. esse satisfactoriam probare vult ex oratione Dominica in qua petimus ut dimittantur nobis debita nostra, 2. esse meritoriam, ex Matth. 6, 6. *Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora Patrem tuum in abscondito & Pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi (scilicet mercedem.)* Oratio.

LIX. Pro oratione item quod sit satisfactoria adducit lib. 4. de pœnit. cap. 6. Psalm. 50, 15. *Invoca me in die tribulationis, eruam te, ubi (inquit) simul præceptum & promissionem videmus, Item dicit, Exemplum habemus Davidis qui tot Psalmis compositis peccata sua coram DEO deflevit: ita Manasse, de quo sic legimus 2. Par. 33, 12, 13. *Qui postquam eo angustatus est, oravit Dominum DEUM suum, & egit poenitentiam valde coram DEO patrum suorum, deprecatus est eum & exoravit intente & exaudivit orationem ejus, reduxitque eum Hierusalem in regnum suum.**

LX. Denique in eodem censu ponit opera poenitentiae, quæ ad tria jam indicata tanquam præcipua capita revocat, ad jejunium exempli causa omnia ea quæ corpus affligunt & concupiscentiæ carnis repugnant, ut cilicia, cineres, flagellationes, ad Eleemosynam, quæ repugnant avaritiæ aut certe in-

C

proxi-

proximi utilitatem cedunt, ut opera omnia misericordiae ad orationem quæ Deo proximè exhibentur ut laudes, gratiarum actiones, contritionis & confessionis actus.

*Cinis & cili-
cium.*

LXI. De cinere & Cilicio affert exempli Ninivitarum Jonæ 3,5. qui prædicaverunt jejunium & induerunt se sacco & maximo ad minimum, item Davidis & seniorum Israel, 1. Par. 21.16. qui idem fecerunt.

Flagellatio.

LXII. De flagellatione ac percussione sui ipsius adducit exemplum Apostoli 1. Cor. 9,27. *Castigo corpus meum & in servitutem redigo.* ubi græcum verbum dicit significare idem quod est usq; ad livorem contundere, & addit, & si Apostolus dicit similitudinem ab eo qui in stadio pugnant ac dicere vult, eo modo se corpus suum male accipere, ac subijcere, quemadmodum athleta, cum in stad. 10 adversarium suum pugnis ac caestibus usq; ad livorem contundunt **TAMEN OMNINO PROBABILE esse, Paulum etiam propriè corpus suum verberibus assecuisse.**

Vota.

LXIII. Ad opera supererogationis lib. 4. cap. 6. de poenitentia refert etiam vota Num. 30. Ubi DEUS approbet & sibi reddijubeat vota sponte facta de jejniis aut aliâ quavis afflictione, quæ tamen nusquam imperaverit, non modo in specie sed nec in genere, ut loquitur ibidem Bellarminus.

*Asperitas vi-
ta & vesti-
tæ.*

LXIV. Quin etiam ad opera supererogationis adducit exemplum Sancti Iohannis Baptista (ibidem) cujus vestes pili Camelorum erant, cibus locustæ, lectus humus, domus desertum Matth. 3,4. Luc. 3. Marc. 1,6. Ubi addit hæc sequentia: *Neque potuerunt adversarii in scripturis ostendere, ubi DEUS tantam vitæ asperitatem imperaverit, ut omnino fateri cogamur, ejusmodi labores sponte susceptos fuisse atque ad opera supererogationis pertinuisse.*

LXV. Ulterius adjicit Bellarminus illicò ibidem: *Neque illud dici potest, respicientiam ac vitæ novitatem eos labores postulasse. Nam nec S. Iohannes unquam à DEO alienus fuerat ut conversione & novitate vitæ indigeret. Et placuisse DEO ejusmodi vitam, testis est ipse Christus qui Iohannem Matth. 11,11. & Luc. 7,28. mirisecè laudavit quod, non surrexerit major inter natos de mulieribus.*

LXVI. Anne-

LXVI. Annectit ibidem exemplum Annæ illius, quæ ut Lucas scribit cap. 2. 37. non recedebat a templo, jejuniis & orationibus serviens, die ac nocte. Nam (inquit) a templo non recedere, & perpetuo orare & jejunare non erat in lege Domini usquâ imperatum, & tamen hæc opera INDEBITA & supererogationis fuisse cultum DEO gratum, ex verbis Evangelistæ factis apertè colligitur.

Hanna a templo non discedentis exemplum.

LXVII. Tandem pro applicatione bonorum operum lib. An aliorum 1. cap. 2. de indulgentiis dat illam propositionem generalem operum beneficandam: opus bonum, qua parte meritorium est, non potest alii applicari, potest tamen qua satisfactorium est. Posteriores partem, alius sensu hujus propositionis probare nititur ex illo Davidis qui isto Pontificis affirmat se participem fuisse omnium timentium DEVM Psalm. 119. c. 63.

LXVIII. Quoad passiones Christi & Sanctorum attinet, audiamus quid dicat propositione tertia: Christi præter Christum plus passio precij fuit infiniti. Certum autem est non omnibus hominibus qui hætenus vixerunt, precium mortis Christi re ipsa applicatum fuisse ad eorum expianda peccata, quia major pars hominum morti æterna fuit addicta. Multi enim sunt vocati, pauci electi Matth. 20. 16. Et lata est porta & spaciola via que ducit ad perditionem & multi ingrediuntur per eam Matth. 7. 14.

Stup plusquam requiritur passio sunt sancti secundum Pontificios.

LXIX. Super est igitur (pergit) multam illius precij (nimirum intellige lector apud impios contemti & invanum cadentis) quod semper applicari possit, cum ipse (Christus) per se nulla satisfactione indigerit qui peccatum non fecit nec facere potuit.

LXX. Quarta propositione ad hunc thesaurum super effluentium satisfactionum pertinere disputat etiam passiones B. M. Virginis & omnium Sanctorum qui plus passi sunt quam peccata eorum requirerent.

Maria Virgo mater Domini.

LXXI. Constat enim ex communi consensu Ecclesia inquit Mariam nullo actuali peccato maculatam fuisse, piū quoque est existimare, ab originali etiam peccato immunem fuisse. Non igitur eguit ulla satisfactio pro se & tamen plurima passa est propter DEUM, præsertim cum animam ejus gladius doloris pertransiit Luc. 2. 35.

Iohannes Baptista. LXXII. Similiter *Iohannes Baptista* in utero sanctificatus adeo severe vixit & tandem innocenter obtruncatur, unde ingens cumulus passionum ei superfuit, quo ipse ad expianda propria peccata non eguit.

Propheta. LXXIII. Et tales viri sanctissimi fuere Prophetae ita ut modica omnino pro suis culpis satisfactio opus habuerint, & tamen tot afflictionibus oppressi sunt, ut plurima & maxima peccata expiare potuerint. Paulus abundantius passus est in carceribus, qui tamen *sibi nihil erat conscius* 1. Corinth. 4, 4. 2. Cor. 1, 12.

Martyres confessores Eremita. LXXIV. Idem accommodat ad omnes martyres & confessores, quorum ingens fuit numerus, ut etiam ad *Eremitas* qui longissimo tempore vitam durissimam egerunt & quos, secundum Bellarminum, non dubium est in hoc Spirituale ararium multum satisfactionum attulisse.

An aliorum passiones possint aliis applicari, secundum Pontificios. LXXV. Quod attinet ad applicationem, satisfactiones Christo & sanctis supervacaneas applicari posse aliis qui rei sunt luendæ pœnæ temporalis, probat 1. ex articulo Symboli Apostolici, *Credo communionem Sanctorum*, cujus sensus secundum ipsum non potest esse nisi hic, sicut membra unius corporis, ita quoque Christianos mutuo posse communicare sua bona, quæ uni sunt superflua, alteri verò necessaria.

LXXVI. Item ex illis verbis Apostoli 2. Cor. 12. *Ego libentissime impendam & super impendam ipse pro vobis*, item 2. Tim. 2. 10. *Omnia sustineo propter electos*. Colos. 1. 24. *Gaudeo in passionibus pro vobis & adimpleo quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore ejus*

Jesus quod est Ecclesia. In 2. Cor. 2. 10, 11. Cui aliquid donasti & ego, Nam & ego quod donavi, si quid donavi, propter vos in persona Christi, ut non circumveniamur à Satana.

LXXVII. Ergo Pontificii docent & credunt, extare in Ecclesia thesaurum quendam, constantem ex satisfactione Christi & ex passionibus ut etiam ex reliquis operibus Sanctorum, qui plus quam necesse sibi erat, suis operibus & passionibus meruerunt & satisfecerunt, & ex hoc thesauro posse juvari imperfectos reliquos tum in hac vita, tum in purgatorio.

LXXIIIX. Jam definitionem Bellarmini ulterius consideremus. Secundo igitur indulgentias vocat absolutiones iudicialis respectu vivorum, quod ipsi pontifices & praelati vivos ad se possint citare, cognoscere causas eorum, cogere eos ad obediendum, & obediens absolvere pro potestate divinitus concessa in illo. *Quicquid remisit in terra erit remissum in caelo.* Ex hoc tamen absolutionis actus nulla nascitur indulgentia, secundum ipsos.

LXXIX. Tertio ut indulgentia dici queat, debent à Pontifice vel Commissariis, viventibus applicari satisfactiones ex thesauro Ecclesie, nimirum voce expressa, bullis, adeoque auctoritate Pontificis. Tum enim non nisi hoc pacto liberantur à reatu poenae vivi. Oportet tamen regulariter viventes esse in statu gratiae, seu habere remissionem culpae & in juncta quaedam opera perficere quae ipsis imperantur.

LXXX. Denique quod ad defunctos attinet docent, quod ipsis conceduntur indulgentiae, sed non nisi per modum suffragij satisfactorij. *Quemadmodum enim inquit Bellarminus lib. 1. c. 14. cum quis dat Eleemosynam vel jejunit vel peregrinatur ad loca sancta pro defunctis, non ipsemet absolvit defunctos à reatu poenae, sed offerit DEO satisfactionem illam pro defunctis, ut DEVS eam acceptans liberet defunctos à debito poenae quam luituri erant: Sic Pontifices non absolunt animas defunctorum, sed offerunt DEO ex thesauro satisfactionum, quan-*

inimè necesse est ad eas liberandas & DEVS acceptans alienam satisfacti-
onem communicatam animabus defunctorum eas liberat à reatu illo poenæ.
Oportet autem viventes injuncta quædam opera exercere pro
defunctis, quæ viventibus interim imperantur.

Auxiliary-
ces manus
porrigere de-
bent, qui pe-
runt indul-
gentias.

4. Quotuplices sint Indulgentiæ.

LXXXI. Sed continuemus in gratiam nostrorum materi-
as istas ignorantium reliqua, quæ ad negocium indulgentia-
rum Papalium ritè agnoscendum & dijudicandum vel poti-
us execrandum pertinere videntur.

LXXXII. Sic igitur procedit Bellarminus & docet inter-
dum concedi pro indulgentiis aliquot dies vel annos, aliquando
quadragenas dierum, interdum tertiam vel quartam vel aliam
partem peccatorum, interdum concedi indulgentiam plenari-
am, interdum plenam, plenioram plenissimam in forma Jubilei.
Addit interdum hæc omnia concedi in vita vel articulo mortis,
ita ut sint indulgentiæ vel temporariæ, vel perpetuæ.

Indulgentia
dierum.

LXXXIII. Indulgentia tot dierum vel annorum est remissio poe-
nitentiæ, quæ peragenda fuisset tot diebus vel annis, secun-
dum ritum Ecclesiæ, exempli gratia, si cui imperatum fuisset
jejunium feria 2. & 4. & 6. interdictus usus balnei, equitatio-
nis, uxoris, sacre communionis. Indulgentia quadragesima est re-
missio poenitentia, quæ 40. diebus continuatis peragenda
fuisset in jejniis, aliisque laboriosis operibus, interdum je-
juniis acrioribus, ita ut solo pane & aqua contenti esse debe-
rent poenitentes isti. Indulgentia alicujus partis peccatorum est re-
missio omnium illorum pro tertia vel quarta parte, quæ poe-
nitenti alicui injuncta fuerunt.

Indulgentia
quadrage-
narum.

Indulgentia
alicujus par-
tis peccato-
rum.

Quanta &
quam longa
poena purga-
torii.

LXXXIV. Cumq; poenæ hujus vitæ sæpè mutetur & differat-
tur in purgatoriu, & ignis purgatorius statuatur quovis malo
& supplicio corporali & temporali acrior, sicquid querit Bellarminus,
utrum poena purgatorii, unius diei amplius de reatu poenæ de-
trahat

trahat quam multi anni vitę presentis in pœnitentia severissimę agenda.

LXXXV. Et sunt secundum ipsum aliqui in sententia affirmativa, ideoque colligunt neminem quantumvis insignem peccatorem in purgatorio pœnam daturum ad viginti annos & fortasse ad decem vel pauciores.

LXXXVI. At alii apud ipsum considerant hęc esse tempus misericordię, illic verò justicię, deinde p̄tendunt, quod pœna hujus vitę voluntaria, licet mitior, tamen efficacior sit quavis pœnā purgatorii acriore, ideoque concludunt in hac vita non esse debitum ullum pœnę tam grande, quod non possit uno die vel etiam una hora per martyrium omninò dissolvi, pro quo tamen dissolvendo in purgatorio vix multi anni sufficerent: Et latronem quendam omni genere suppliciorum repertum tanto animi ardore peccata revelasse, ut patefactum fuerit sanctis viris ea omnia continuò illā satisfactione fuisse purgata & deleta.

Ecce probationem valde authenticam.

LXXXVII. (Nota obiter lector, unius horę martyrio possunt dissolvi ea quę in purgatorio vix multis annis possent solvi. Hęc propositio fecit audaces illos qui hactenus magnis regibus violentas manus intulerunt, & supplicia vel p̄sentissima, vel etiam lenta invictissime tolerarunt sub spe, quod jam vicissent omnem purgatorii cruciatum, sed pergamus.)

Causa una, cur tam audaces manus porrigan-tes suis multis ad interficiendos reges &c.

LXXXVIII. Addunt, plurimas animas in purgatorio usque ad diem judicij pro ijs cruciandas, quę in hac vita levi ac brevi pœnitentia potuissent dilui. Etsi enim pœnitentię non soleant injungi nisi unius duorum trium, quinque, septem, decem, viginti annorum aut ad summum per totam vitam quę ultra centum annos porrigi non solet, tamen contendunt posse aliquem reum fieri pœnitentię agendę per spacium aliquot millium annorum, quindecim vel viginti millium, ut qui consuetudinem habent pejerandi, blasphemandi ad singula prope momenta, qui frequentissimè homicidia, furta, sacrilegia, adulteria perpetrant.

Interim

LXXXIX. Interim tamen ita rem moderatur, sicut in hac vita potest poenitentia multorum annorum absolvi una hora, si poenitentes compensent temporis diuturnitatem & extensionem vehementia & intentione charitatis, sic ETIAM FIERI POSSE, ut, in purgatorio diutius quidem crucientur quam in hac vita, qui cum ingenti debito decesserint, & tamen ibi quoque acerbioris vehementia faciat ut debitum

300. vel 400. annis sudan- 20000. annorum vel trecentis vel quadringentis annis expi-
ri queat.

dum quan- XC. Cogita lector, quales conciones & consolationes mi-
dog, & ar- feri nostri majores sub Papatu ex suis templorum præceptoribus
dendum in- audire potuerint, debuerint? a stima hodiernam felicitatem
purgatorio. cum veteri illa servitute omnibus Ægyptiis & Babylonici-
horribiliore.

Indulgentia XCI. Porro Indulgentia temporaria dicuntur quæ concedun-
temporaria. tur definito spacio temporum quo indulgentia percipi potest, ut cum definiuntur viginti quatuor horæ vel una vel altera hebdomas vel integer annus, ut in jubileis, in quibus jubilæis datur auctoritas absolvendi à casibus reservatis & à censuris Ecclesiasticis multis, nec non vota in alia opera pia commutandi, ut loquuntur.

Indulgentia XCI. Indulgentia perpetua dicuntur quæ sunt alligatæ certis
perpetua. locis ut Ecclesiis vel altaribus, ut etiam rebus mobilibus, ut Rosariis vel granis benedictis sine ulla determinatione. Sic enim quidam Pontifices Romanas Ecclesias multis indulgentiis donarunt, quibus fruere quos quot homines Christiani certis festis eas visitare.

Indulgentia XCI. Exempla si quis desideret, inquit Chemnicus, va-
perpetua in- ria & multiplicia afferri possent, ex libro Stationum Roma-
tio Roma narum anno 1475. editarum. Romam enim imprimis beare
næ urbis & honorare & ditare voluerunt Pontifices. Sic enim ibi: Si
templis cum quis ad sedem nostram Lateranensem (inquit Bonifacius Papa) de-
primis data votionis, orationis, aut peregrinationis causa venerit, ille ab-
solvitur ab omnibus suis peccatis.

XCIV. In Capella quæ vocatur Sanctum Sanctorum sunt 28. gradus, qui dicuntur stetisse ante domum Pilati in Jerusalem, & qui-

& quicumque hos gradus ascenderit cum devotione, habet pro quolibet gradu novem annos indulgentiarum & totidem quadragenas, remissionem tertiæ partis omnium peccatorum: qui verò geniculando gradus illos ascenderit, is unam animam pro qua orat, liberat ex purgatorio.

XCV. *Quando capita Petri & Pauli ibi ostenduntur, tunc Romani habent indulgentias trium millium annorum, Vicini sex millium, Qui è longinquo venerunt, duodecim millium, Ibidem in illa Ecclesia est aurea porta, quæ tantum in Jubilæo aperitur. Sunt tres alie porte, per quarum unam CHRISTUS Hierosolymis ad mortem suam exivit. Qui devotè per illas transit, ita liber fit à peccatis non aliter ac homo cum primum baptizatur.*

XCVI. *In Ecclesia Maria ad aram cæli sunt omni die mille anni: in festo assumptionis, sunt sex millia annorum: in festo annûciationis plenaria remissio. Ad Mariam transiberinam omni die ducenti anni: ad Mariam ad scalam cæli quotidie septingenti anni; Ad Bartholomæi omni die mille anni; in festo omnium sanctorum plenaria remissio. Sed quid opus est reliquarum plurimarum Ecclesiarum omnium indulgentias recensere. Qui volet, leget Chemnitium quarta parte Examinis, & alios.*

XCVII. *Cum verò Romani & Itali non amplius curarent illa domestica beneficia, cum item Jubilæus anno seculari seu centesimo semel celebratus paucis videretur prodesse Pontificibus, (ideoque ad 50. & nunc ad 25. contraheretur,) cum item annus 25. lucro non sufficeret, iecirco Pontifices per suos legatos & questores indulgentiam in cunctas regiones emiserunt.*

Postea Româ in alias terras transmissæ sunt indulgentiæ lucri causa.

XCVIII. *Anno 1500. Romana gratia (sic enim populus vocare fuit solitus) Dresdæ cœpit Dominica Lætare & duravit, usque ad festum Johannis Baptistæ, sicut anno 1439. ibidem fuit Romana gratia cum plenaria remissione omnium peccatorum, His enim verbis pii illorum temporum histotias hæc annotare consueverant.*

Appa-

D

XCIX. Apparet autem ex primis thesibus Beatissimi nostri LUTHERI de Indulgentiis, Committarios & legatos Pontificios, convocasse populum ad templa sub sollemnissimo companarum sonitu, in templis erexisse crucem armis Papalibus insigniter condecoratam & post multas solennes pompas ac ceremonias, omissis textibus sacris docuisse & quidem longissimis concionibus de plenissima indulgentiarum Papalium gratia, prælegisse bullas Pontificias, addidisse promissiones & quasi impignorationes animarum suarum pro certitudine veniarum, posuisse cistas intra templa, & à concionibus collegisse per totos dies pecuniam veniarum.

C. Idque patheticis admodum compellationibus, quas legat pius lector in resolutionibus super conclusionem 32. Dico tibi si vel unam solam tunicam haberes, hanc quoque exundam & distrahendam judico ut tantas gratias obtineas.

*Formule ab
solutionum
Indulgentiarum,* CI. *Forma absolutiois que fiebat publice, à nostraribus ex veteribus exemplaribus collecta in hunc se se habuit modum:* Ego auctoritate CHRISTI ac Beatorum Petri & Pauli & Domini nostri Patris mihi in hac parte commissa, absolvo te plenarie ab omnibus peccatis tuis contritis, confessis & oblitis, & casibus etiam sedi Apostolicæ reservatis, in quantum claves Sanctæ matris Ecclesiæ se extendunt, ac sibi concessum, & mihi commissum, est, remittoque tibi omnes pœnas in purgatorio debitas, claudo tibi portas inferni, & januas aperio Paradisi, bona per te facta & fienda sint in augmentum tuæ salutis & gratiæ divinæ.

*Indulgentia
data extra
Romam ali
is templis,
augendi lu
cri causa.* CII. Ceterum datæ sunt etiam indulgentiæ aliis locis extra Romam, Assisium locus in valle Spoletanæ urbis in Italia unde oriundus fuit S. Franciscus, Jesus ille Pontificiorum typicus, teste Antonino in tertia parte historiali, titulo 24. Capitulo secundo. Assisi jaurem templum esse ex illis colligimus quæ passim de hoc Francisco afferunt Commentatores.

Validissima CIII. Ex Bernhardino igitur referunt CHRISTUM ipsum

psum promississe Indulgentias accedentibus ad templum seu Pontificia
Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Angelis apud Aſisium. Indulgentia
omnium peccatorum universaliter & generaliter, & Papam apud Aſisium
ad petitionem Cardinalium indulgentias illas à Christo datas in Italia.
ad unam diem naturalem singulis annis in perpetuum ordinat
se, ad primam scilicet diem Augusti à primis vesperis usque
ad vespervas secundæ diei.

CIV. Tunc igitur ex indulgentia CHRISTI & Pon-
tificis quicumque dictam Ecclesiam intrant contriti & con-
fessi, plenam consequuntur remissionem peccatorum suo-
rum omnium à culpa & pœna, quæ peccata commiserunt à
die Baptismi, usque ad diem & horam introitus in Ecclesi-
am.

CV. Non modo non negat hoc commentum Bellarmi-
nus, quin potius addit ad confirmandam rem illam adesse tes-
tes illius temporis qui historiam conscripserunt, librum ordi-
nis S. Francisci, Bernhardinum, Antoninum, adesse concursum
populorum frequentissimum ad eam Ecclesiam Calendis Au-
gusti, quo solo die indulgentia DIVINITUS concessa ob-
tineri possit, adesse signa & prodigia non pauca quæ ad illius
indulgentiæ veritatem adstruendam edita fuisse Chronica
testentur.

CVI. Immò per hanc insignissimam historiam tria Ca-
tholica dogmata confirmari; 1. de indulgentiis, 2. de Pon-
tificæ Maximo, 3. de confessione, siquidem ad preces S. Fran-
cisci CHRISTUS ipse plenariam Indulgentiam dederit, sed
non nisi per ministerium & ordinationem Vicarii sui Pon-
tificis Maximi, nec nisi per contritionem & confessionem à cul-
pa expiatis, & eam Ecclesiam visitantibus.

CVII. Tales indulgentias, quales habet Ecclesia apud
Aſisium ubi S. Franciscus est corporaliter reconditus,
vix ulla alia nisi paucissima loca, habere dicuntur: Ta-
les tamen indulgentias Aſisiano simillimas Bonifacius IX. quo
ad culpam & pœnam, concessit Capellæ omnium Sancto-
rum

Aſisiano I-
talicis Indul-
gentiis simi-
les date sunt
templo arcis
Vicobergens-
is.

rum in castro Wittebergensi, quam templum arcis nunc & Academicum vocamus. Factum id est anno Christi 1398. in Julio mense.

CIIX. Fundaverat Capellam illam anno Christi 1353. Rudolphus ex Anhaltinorum prosapia tunc Elector Saxonie, in honorem Dei Mariæ & omnium Sanctorum, de quo in charta seu pagina inclusa in fastigium turris, in arce, & in matriculis Academiæ Wittebergensis delineata hæc extant verba: Rudolphus II. Dux Saxonie Elector elegit Carolum quartum Imperatorem contra Ludovicum Bavarum, profectus in Galliam ad Philippum regem Franciæ duxit exercitum contra Eduardum regem Anglicum quo tempore magno prælio victi sunt Galli ab Anglis & cecidit in prælio rex Bohemiæ Johannes qui auxilia ad regem Gallicum adduxerat, & Angli Caesio potiti sunt. Donatus est autem Rudolphus à rege Gallico spina, quæ ex CHRISTI

Templum arcis Wittebergensis primo fundatum super spina ex corona spinæ Christi.

corona esse dicebatur, quam spinam cum in patriam attulisset, fundavit Wittebergæ Collegium Canonicorum. Hactenus verba paginæ istius.

CIX. Patrem Rudolphum II. secutus filius Rudolphus III. Capellam omnium Sanctorum pluribus præter patrem reliquijs Sanctorum, annuis redditibus, pagis, agris, pratis, silvis, donavit, idque circa Annum Christi 1361. Fridericus verò III. fundator Academia Wittebergensis, planè immutavit & convertit in Ecclesiam Collegiatam, & in splendidissimum ædificium sicuti hodiè cernitur, simul ædificavit Collegium Augustinianorum ubi hodiè communis mensa apparatus. Ipsam etiam Collegiatam Ecclesiam aureis, argenteis, gemmeis chnodijs, crucibus, monstrantijs, turribus, loculis, plenis, integris & dimidijs imaginibus Apostolorum regaliter instruxit, quæ vel magnum thesaurum constituerent, in quibus observabantur & custodiebantur & demonstrabantur reliquiæ Sanctorum.

Templum arcis Wittebergensis plus quam plurimis reliquijs sanctorum decoratum sub Papatu.

CX. Eandem Raymundus Romana Ecclesiæ titulo sanctæ Mariæ novæ Presbyter Cardinalis Gurcensis Episcopus & ad universam Germaniam, Daniam, Sueviam, Nortvegiam, Frisiam, Prusiam, omnesque & singulas

gulas illarum terrarum Provincias, civitates, terras, & loca etiam sacro Romano Imperio in ipsa Germania subiecta & adjacentia Apostolicæ sedis de latere legatus in propria persona consecravit: sicut ad eandem alij Pontifices, Cardinales, Archiepiscopi & Episcopi gratias & indulgentias contulerunt,

CXI. *Quin & Fridericus III. Elector Saxoniz cum fratre Johanne in Comitibus Constantiensibus anno 1507. celebratis ab ipso Pontifice impetravit Diplomata ad omnes Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, & Prælatos Imperij Romani, ut petentibus aliquas reliquias Sanctorum undique cum testimoniis quod genuinæ essent communicarent. (Id autem non fiebat sine grandi remuneratione:)*

CXII. *Hæ indulgentiæ annuatim biis vicibus exhibitæ fuere, nimirum feria prima ipsa post Dominicam Misericordias Domini, quæ exhibitio facta fuit octo distinctis actibus, acht genge: ita ut ex quolibet actu visitantes lucrarentur centum dies, & ex visitatione cujuslibet particulæ ut postea sequetur etiam centum dierum indulgentiam consequerentur, deinde biduo ante & biduo post omnium Sanctorum, ubi visitantes talem accipiunt indulgentiam, qualem accipiunt visitantes limina Capellæ S. Mariæ de Angelis apud Assisiam, ubi S. Franciscus corporaliter quiescit. Cumque anno Christi 1517. in Germaniæ hisce locis Tezeli prædicaret indulgentias & insuper ante festum omnium Sanctorum, & quidem circa vespervas ut vocant primas, ad templi arcis reliquias & indulgentias magnus fieret concursus hominum, iccirco LUTHERUS eodem die seu in vigilia omnium Sanctorum primas suas propositiones templo arcis affixit, quæ intra quatuordecim dies, in omnes angulos Germaniæ sunt perlatae & intra mensem unum simul Romam pervenerunt. LUTHERUS contra Hansi Wurst.*

Duobus temporibus in anno concessæ sunt Indulgentia in templo arcis Wittebergensis. Cur Lutherus 31. Octobris primas propositiones ad templum arcis Witteberg. affixerit.

5. Tria exempla trium Indulgentiarum in tribus Ecclesiis seu templis, & primum in templo arcis Wittebergensis.

CXIII. Ut autem Christiani hodierni veterem illam caliginem & miseriam aliquo modo possint aestimare & conferre, libet trium Ecclesiarum adicere reliquias Sanctorum, & ijs annexas indulgentias. Ergo in templo vel Ecclesia Collegiata omnium Sanctorum monstratae fuerunt *particula de civitate, in qua natus fuit CHRISTUS, de fascijs, quibus fuit involutus, de praesepe, de cunis, de seno, de stramine, de g, auro & myrrha oblati per Magos, de civitate, in qua fuit circumcisus.*

CXIV. Monstratae fuere *204. particula de innocentibus infantibus, ut & integra brachia, articuli & ossa eorundem, dua particulae de cutibus, quinque particulae de capitibus, duo integri digiti, integra manus, & item integrum unum cadaver ex eodem genere infantum innocentium.*

O miseram
Theologiam
Cogitate
Lesuita.

CXV. Monstratae fuere *particula de Monte, in quo baptizavit, de civitate ubi oravit, de civitate ubi orationem Dominicam docuit, de lapide super quo super urbem Ierusalem flevit, de lapide super quo asinum ascendit, de terra super qua captus fuit*

CXVI. Monstratae fuere *particula de Manna, de mensa caena celebrata, de linteo quo tunc mensa caena fuit contexta, de pane ipsius caena.*

CXVII. Monstratae item fuerunt *particula de coemiterio, 30. argenteis emto, de terra sancta, de lapide, ubi sanguineas sudavit guttas, de terra ubi itidem deo uisus emisit, de virga Aaronis & Moysis, de rubo ardente & non consumo, de monte Calvariae.*

CXVIII. Monstratae fuere *particula de linteo quo secavit CHRISTVS pedes discipulorum post lotionem, de veste sua, de tunica inconsutuli, de veste purpurea, de albo vestitus quem gessit coram Herode, de Barba Domini, de clavo quo crux CHRISTI intra terram munita, de lapide, juxta quem stetit crux CHRISTI, de loco Calvariae, de ligno crucis, de fune quo fuit ligatus, de virga qua fuit verberatus, de flagellis quibus percussus, de lapide super quem in ironica coronatione sedit, de spongia, qua fuit potatus.*

CXIX. Monstratae fuere *particula dua de corona, octo integra particula de corona spinea, magna particula de clavo crucis, una spina, una parti-*

particula de cruce CHRISTI; tres alie particula de cruce CHRISTI, triplia ligna de cruce CHRISTI, quadam insigniter magna particula crucis CHRISTI, alie 25. particula de CHRISTI cruce, de lapide qui jacuit super sepulchro CHRISTI, de sepulchro CHRISTI, de lapide super quo caelum conscendit.

CXX. Monstratae fuere particula de osse genu Marci Evangelista, octo particula de Luca, dens & alie 11. particula de Mattheo Apostolo, X. particula de Matthia Apostolo; planta de calce Thomae, 31. particula de ossibus ejusdem, 8. particula de Iacobo minore: item de ossibus Philippi Apostoli, dens Iacobi majoris & os humeri ejusdem.

CXXI. Monstratae fuerunt particula de vestibulo, & casula Apostoli Iohannis, de manu de que maxilla Bartholomei, ut & duo dentes ejusdem cum tota cute faciei ejus ipsius: undecim particula de cruce Andreae praeter particulas de tunica, de brachio, & de capite illius ipsius: item de ossibus Pauli, Timothei & Barnabae cingulo, de catenis Petri de quo veste & baculo ejusdem.

CXXII. Monstratae fuerunt alie particula de Elisabetha, de Veronica, de Iustina, de Erentrude, de Ludimilla, de Hedwige, de societate S. Africae, de Hilaria, de Gereone, de Emerentiana, de Noiburgi, de Teclade Euphemia, de Sophia, de Benigna, de Gregoria, de Leilina, de Wendelina, de Beatrice, de Bobilia de Braxede, de Fide, de Marsilia, de Benedicta, de Symphoriosa, de Rosa, de Candida, de Pelargia, de Agnese, de Misericordia, de Lucina, de Balbina, de Petronella, de Verena, de Adriana, de Emerita, de Cepina, de Valeriana, de Felicitate, de Iusta, de Decentia, de Martha, de Regina, de Gertrude, de Pia, de Perpetua, de Maria Magdalena, de Felicula, de Fidentia, de Eugenia, de Agatha, de Apollonia, de Otilia, de Dorothea, de Margaretha, de Sabina, de Scholastica, de Placita, de Procula, de Prisca, de Walburge, de Tenuis, de Crescentia, de Brigita, de Pipigaria, de Barbara, de Cunegunde, de Pinosa, de Gemmaria, de Cristina, de Clara, de Catharina, de Ursula, de undecim millibus virginum, & de triplo pluribus aliis &c.

CXXIII. Monstratae fuerunt particula de capite Lazari, de Amando, de Albino, de Ludovico, de Levino, de Bricio, de Abundo, de Fridelino, de Francisco, de Dominico, de Viperto, de Burchardo, de Adalberto, de Cyrillo, de Constantio, de Epiphania, de Brunone, de Arnulpho, de Crescentino, de Erharo, de Conrado, de Sebaldo, de Clemente, de Damaso, de Servatio, de Theodoro, de Georgio, de Sebastiano Fabiano, de Christophoro, de Venceslao,

de Se-

de Sigismundo, de Mauricio, de Thoma Episcopo, de Silvestro, de Achatio,
de Osvaldo, de Blasio, de Erasmo, de Cyriaco, costa de septem dormien-
tibus, de Maximiliano, de Dionysio, de Stephano martyre, de lapide quo fuit
lapidatus, de Victore, de Geruasio & Protasio, de Vito, de Saturnino, de Mo-
desto, de Mercurio, de Pelagio, de Stanio, de Valeiano, de Tiburtio, de Longi-
no, de Magno, de Antonio, de Venerio, de Gonio, de Firmo, de Theodosio, de
Remacho, de Vitali, de Verrurio, de Florentio, de Nicomede, de Menhardo, de
Lino, de Leone, de Stanislao, de Exuperio, de Symphoriano, de Ignatio, de
Maccabeo, de Olympiade, & de triplo pluribus plurimis alijs & c.

*Secundum Indulgentiarum exemplum in Eccle-
sia Mauritianæ Hallensî.*

CXXIV. Sicut autem reliquæ Sanctorum in templo Collegi-
ato omnium Sanctorum Witebergensi prodierunt typis publicis Wite-
berge anno Christi 1509. ita quoque Ecclesie Collegiatae S. Mauri-
tîj & Mariæ Magdalena Hallensî in Episcopatu Magdeburgensi
anno 1520. typis sunt excusæ & picturis affabre ornatis.

CXXV. Demonstrabantur illæ quotannis Dominica post
nativitatem Mariæ & sequente feria; & inter illas multæ
lerant, quarum nomina non amplius legi poterant, plu-
rimæ item quæ jam antea in templo Witebergensi nominatæ,
præterea autem de terra sancta, item de agno Dei & aliis quæ quot
annis à Papa solent benedici.

Papæ
Romanorū
phantasma
ita coactū
sunt mi feri
majores no-
stri etiam
inter reliqui-
as Sanctorū
honorare,

CXXVI. Quod ad agnum Dei attinet, ita dicitur orbiculus
cereus ad figuram agni, quem Papa initio Papatus sui pro
quolibet septennio, adhibito sacro Chrismate, insignibus
consecrat Ceremoniis & magnatibus donat, qui liberare
creditur ab omni tempestate maris & terræ, à fulmine, gran-
dine, noxiis ventis, pluvia, terræ motu, tonitru, peste, epilepsia,
morre improvisa, igne, malis Spiritibus, qui proflit parturien-
tibus & tentatis, adversus quoscunque hostes.

CXXVII. Fu

Fuerunt autem in dicta Ecclesia 700. propemodum agni Dei, quolibet anno in magno concursu exhibiti, adeo cetera Romana manibus Papæ tractata locum inter sanctas reliquias etiam invenit, cui eburneas & argenteas & aureas capsas parare necessum habuerunt boni nostri majores. Adeo stramina tandem Germanis devoranda pro pecunia præbuisent Pontifices, nisi DEUS per Lutherum ab illa Tyrannide nos liberasset.

CXXVII. Monstrata ibidem fuerunt particula de sancta cruce, de linteis Christi, de sepulcro Mariae, de Apostolis & Evangelistis & Pontificibus & Martyribus & Episcopis, virginibus variorum nominum, de Lazaro, de terra, ex qua creatus fuit homo, de monte Sinai, de rubo Moysi, de baculo Moysi, de stirpe, ex qua crevit virga Aaronis, de linteis positis super faciem Christi in sepulcro, de sepulcro Christi, de alijs varijs locis, ubi versatus fuit Christus, de tunica Mariae matris Domini, de tunica Iohannis Baptista, de manna, de præsepiti Christi, de innocentibus pueris.

CXXVIII. Monstrata fuere particulae de folijs corone spineae Christi, de capillis Elisabethae, de porta aurea, de corona spinea, de linteis, quo Christus in cruce secundum lumbos involutus fuit, de mensa Christi, de veste Christi, de lapide, sub qua jacuit Lazarus excitatus, particula de corporali, sanguine Christi, confersa, de pallio Christi in consatuli, quod dicitur esse Treveri, de linteis, quo præcinctus Christus lavit pedes discipulorum, de fimbria Christi, de purpurea veste Christi, de alba veste, in qua Christus deludebatur, de myrrha Christo porrecta in cruce, de gradu, quem conscendit Christus juxta edes Pilati, de hydria in nuptijs Cananeis, de linteis mensae Christi, aliquid de 30. argenteis, de vino factis ex aqua in vitro quodam, de thure & myrrha Magorum, de tribus Magis, de linteis, quo Simeon Christum in manus accepit, de feno, super quo jacuit Christus, de tunica, qua cum statura Christi sese coextendisse putatur, de spongia applicata ad os Christi crucifixi, de pane usurpato in coena Christi, de flagello, quo suis percussus Christus, de ligamento, quo involutus Christus fuit, de thrombis Christi seu sanguine ejus miraculosè sudante, de palmis die Palmarum Christo substratis, de filamentis à Maria ductis, de capillis Mariae, de manibus Christi in coena Christi.

CXXIX. Monstratae fuerunt particulae de peplo Mariae, ejusq. cingulo, de filamentis colus ejus, de lectisternia Mariae, de pallio ejusdem, de indusio ipsius, in quo Christum pepererit, item de linteis, in quibus iudicium

in urbe

In urbe Ach per septennium jacuit, de peplo, quo sub cruce stans fuit usa, ab lacte Mariae, de veste, in qua Angelus ipsam salutavit.

CXXX. Monstratae item fuerunt particulae de petra, quam percussit Moses, de velo templi Salomonis, digitus Iohannis, quo Christum monstravit, de sanguine Iohannis Baptista, de birretio Iohannis, de cremo Iohannis, de camera, in qua dormivit ipse puer, de brachio Esaiæ. &c.

CXXXI. Monstratae fuerunt particulae de carbonibus, super quibus ustulatus fuit Laurentius, de humero Christophori, super quo dicitur portasse Christum, de innocentibus pueris ab Herode interfectis, quorum particulae sunt asservatae & monstratae in praesepio argenteo, sicut in alio loculo argenteo integrum cadaver unius innocentis pueri, de tibialibus Thomae Candelbergensis, de stola Chilianii, soccus integer ejusdem.

CXXXII. Monstratae item fuerunt particulae, de indusio Ambrosii, de civitate, in qua mortuus est Hieronymus, de casula Virgii, de tunica in qua mortuus est S. Franciscus, de cingulo Felicii Papae, de veste Leonij Papae, aliquot Episcoporum integra corpora, ut Decentij, Vindemialis, Maximi Crescentis, Hivencij, Ingenuini, Florentij, idem in loculo argenteo.

CXXXIII. Monstrabantur denique integra corpora Margaretha Juliana, Anastasia, Adelgundis &c. Monstrabantur particulae de domo Marthae, de veste, in qua fuit decollata Barbara, sicut & caeterae particulae in monstrantijs, cistis, capsis argenteis, eburneis &c. fuerunt asservatae, de capillis Catharinae, de oleo, quod ex sepulcro ejus fluxit, de linteo immerso in illud oleum, de peplo S. Clarae, de cubito S. Sabinae, de digito S. Scholasticae, de indusio S. Emerici, de pulvere osium Margaretha, iidem in integra magna imagine argentea Margaretha, de capillis S. Agnetis, de cubito S. Schvunilie, de digito pedis Aspasianone, de costa Sigillinde & de Legania principissa Angliae, de rosis Dorotheae, de Quirilla, Fenegaria, Gardiagia, Paduntia, Petralia, Sutrapia, Potentiana, Cacukilla, Iseldrude, Mechtunde, Iobilia, Santula, Fialaria, Luthrude, de Coradolo sorpore, capillis, vestibus, calceis, Item aia de Paducia, de Gorilla, de Babilia, de osse sacro Isendrudis, de capite Adalecte, de Sigillinde, de Madelberte, de Sympborosa, de Largitone, de affra. Monstrabatur denique culter Elisabethae, vitrum Elisabethae, de mensa ejus.

CXXXIV. Tandem conclusio hæc additur: Summa aller
neun Gång acht tausent/hundert drey vnd dreyßig Partickel /vnd
42. ganzer Körper / Macher der Ablass neun vnd dreyßig tau-
sentmal tausent / zweyhundertmal tausent / fünff vnd vierzig tau-
sent/hundert vnd zwanzig Jahr/ zweyhundert zwanzig Tage/dar-
zu sechstausent mal tausent / fünffhundertmal tausent vnd vierzig
tausent Quadragen/So hat auch ein jeder Gang insonderheit vier
tausent/achthundert Jahr/ zwey hundert acht vnd zwanzig Tage/
vnd achthundert Quadragen.

*Tertium Indulgentiarum exemplum in
templo Bambergensi.*

CXXXV. In quadam Bambergensi consecrata capella mon-
strata fuit: unte præter antea allegata plurima vexillum S. Georgij cor-
licum demissum, vexillum & pallium & gena & tunica Cesaris Heinrichi,
pallium, tunica, cingulum Cunegundis, sudarium & casula, in qua sepul-
tus Otto Episcopus, gladius S. Aairiani, culter & cætera Apostoli Petri, sa-
gitta confossi Sebastiani, de barba S. Antonij, de indusio Elisabethæ ex ca-
pillis, hæren Hembd / integer clavus Christi, item chiroteca Cunegundis,
item digitus Iohannis, quo monstravit Christum, item duæ hydræ de Cana
Galilææ nuptijs, &c. Sed definendum est, ne lectori maxima mo-
veatur nausea.

CXXXVI. Si omnium Europæ templorum reliquias nosse &
uno libro tibi lector recensere liceret, COGITA, quantum Chaos
esset proditurum, cuius præcipuos titulos non sine maximo fa-
stidio esses inspecturus, nedum foedissimas illas merces cum exe-
cratione singulari singulas auditurus. Verbis talia satis non
possunt recenseri, quin immò nec cogitationibus omnium sa-
tis deplorari.

*6. An non falsæ fuerint reliquie aliquæ
sic quidem dictæ.*

CXXXVII. Ecce lector, has reliquias, quas habuerunt
pro sacris pignoribus patronorum cælestium, & pro accipi-
endis indulgentiis honorarunt majores nostri magnis sum-
pibus, & præterea exosculati eas fuerunt, quarum ta-
men pars maxima an non suppositicia fuerit, ut pro reliquiis

sanctorum semicorrofa ossa iapurosum adulterorum & furum,
vel etiam felium & canum venerarentur, quis dubitabit.

CXXXIX. Cogitur illud *Schererus* Jesuita fateri & asserti ipse
exempla ex Severo Sulpitio & Augustino, & addit, se quoque cir-
culatorum quosdam vidisse, qui demonstrarint oleum quinque
prudentum virginum, partem de vexillo, cum quo CHRISTUS
gehennam destruxit, particulam de ala Gabrielis, Angeli, den-
tem ejusdem animæ ex purgatorio.

CXXXIX. Tacemus, quod in diversis locis tam multæ reli-
quæ ejusdem generis inveniebantur, ut necessariò concluden-
dum tunc temporis à multis fuerit, aut eundem sanctum corpus
tribus Gigantibus majus habuisse, aut multas reliquias falsissi-
mas fuisse. Sic si colligi potuissent omnes particule crucis
CHRISTI, à maximâ nave vehi omnes non potuissent. Sic
Edoardus rex Anglorum cum laboraret ex dentibus, ex toto re-
gno dentes Apolloniæ colligi jussit, & repleta sunt multæ ton-
næ, apud Chemnitium.

*Audi & cogita
lector pie.*

CXL. Et si verò hæc ita sese habere, notorium omninò est,
tamen *Schererus* in *Postilla* ad hæc parat responsonem & citat
Paulinum ex Epistola ad Severum Sulpitium ita differentem,
quod crucem CHRISTI imbuerit etiam sanguis CHRISTI,
& quod crux ipsa, licet abscondantur infinitæ particule, tamen
propter causam allegatam iterum illicò recrefcet & redintegre-
tur, sicuti à CHRISTO multiplicabantur panes & pisces in de-
serto. Allegit etiam Leonhartum Rauchwolfium ex itinera-
rio Orientali, qui testetur, quod columna salis, in quam conversa
fuit uxor Lothi, licet radatur & spoliatur à peregrinantibus, ta-
men itidem subinde renouetur & expleatur. Sed ô miseros no-
stros majores vexatos tantis fabulis.

CXLI. *Bellarminus* in libro I. de reliquiis Sanctorum c. 4. scri-
bit, semper Ecclesiam diligenter curasse, ne fraudes fierent, &
præcipuè post decretum Concilii Lateranensis, ut nullæ reli-
quæ publicè recipiantur, sine auctoritate Romani Pontificis.
Scimus etiam reliquias olim testimoniis Patriarcharum & Ab-
batum & aliorum, quod genuinæ essent, fuisse commendatas.
Sed etiam hoc omne, quantum veritatis in sese habere poterit
in illa

in illa temeritate, superstitione & avaritia istorum veterum Sacerdotum, cujuslibet etiam ex ipsis Pontificiis laicis testis esto conscientia.

CXLII. Ecce lector benigne de sacrae Scripturae oraculis ad salutem aeternam certissima itinera demonstrantibus audire, disputationis omnia folia complere, & differere, explicationes veras inquirere, alienas a moliri unice unice debebam, sed coegit nos superioris seculi facies miserrima, etiam has illorum temporum & concionatorum materias ah quam scabras Theologicas, tamen ab ipsis dictas, tibi in mentem revocare. Quas saltem enumerare verissime nihil aliud nunc est apud sanos, quam refutare.

CXLIII. Patienter igitur conspicare dapes, in pictura sibi hic saltem oblatas, quas tui majores loco epuli spiritualis comedere necessum habuerunt magno aere. Has enim res ipsi per plurima milliaria Germanica adire, aliquot actibus videre, reverentialiter habere, inde indulgentias sperare, & ex illis sese solari sunt jussi & coacti, cum tamen in veteri Scriptura DE US Num. 19, 16. expressam contra reliquias hanc legem tulerit, *Si Lex divina ve-*
quis in agro tetigerit occisi hominis aus per se mortui cadaver sive os illius rat tangi ossa,
vel sepulcrum, immundus erit septem dies. Pontifex Romanus praecipit ea honorari.

CXLIV. Super quae verba Numerorum recte annotat Lyra, ET ETIAM QVOQVE TALIA HABENT IMMUNDITIEM CORPORALEM. *Hactenus verba Lyra.* Unde sicut etiam ex ipsa evidentiâ naturae patet legem illam Mosaicam in sese continere morale quoddam utile, & necessarium ad valetudinem publicam, id quod tamen lucri causa Pontificatus nihil quicquam curavit.

7. *Syllogismus, quo totum commentum Indulgentiarum subvertitur.*

CXLII. Postquam igitur haec stenus stabuli indulgentiarum admodum foedissima, vidimus, jam etiam lector ex verbo Domini, quantum opus fuerit, de indulgentiarum falsitate & vanitate extrema,

evemā per sacras Scripturas profligandā, est monendus, id quod breviter expediri potest, in hunc modum :

CXLIII. Si nullum est purgatorium, sique nullus est Thesaurus indulgentiarum; atque nullæ sunt, sed fictæ & vanæ & blasphemæ indulgentiæ. Sed prius illud utrumque ita sese habere, Scripturæ lingua & contextus monstrabit. Ergo posterius quoque merito merito habendum pro inani, ficto, falso, blasphemo.

Quòd nullum sit Purgatorium.

Quomodo Pontificij somnium de purgatorio audeant ex V. T. palliare,

CXLVI. De Purgatorio pauca sunt monenda, quia nunc per DEI gratiam etiam laici ineptias illas satis norunt confutare. Primum est, quod omninò fallaciter & perperam pro purgatorio & circumstantiis quibusdam ejusdem qualibus qualibuscunque, probationes audent adducere & detorquere ex veteri Scripturâ. Talia enim detorta sunt hæc sequentia, ex Psal. 66, 12. *Transivimus per ignem & aquam* (ubi ex nimis aperta contextuum concatenatione, etiam puerulus intelligere potest, sermonem esse de piis illius temporis, & quidem in hac vitâ vehementer afflictis & liberatis, quia adhuc in hac vita gratias agere, & domum Jehovah in holocaustis ingredi volunt, versibus seqq.) Job. 19, 21. *Miseremini mei, miseremini mei vos amici mei,* (ubi nequam in purgatorio ardentis animæ vivos amicos pro redemptione implorant, sed Jobus vivus & corpore afflictissimus perit ab istis amicis suis tum viventibus, qui ipsum visitabant, ne amaruleatis sermonibus ejus afflictionem augeant, sic requirente contextu) Zachar. 9, 11. *In sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua* (quæ verba etiam ipse Hieronymus scribit esse apostrophem ad Christum pios liberantem, non ex purgatorio, sed ex inferno) Malach. 3, 2, 3. *Ipse erit quasi ignis constans & quasi sapo fullonum. & sedebit constans & emundans argentum & purgabit filios Levi,* (ubi non ignem purgationis litteralem, sed metaphoram esse, vox Q V A S I satis arguit, præterea sermonem esse de Christo legato fœderis, expectato à Judæis, contextus convincit, insuper satis liquet Matth. 11, 10. Marc. 1. 2. 3. Luc. 27.) 1. Pet. 3, 19. 20. *Christus Spiritu veniens predicavit his, qui*

in cruce

increduli erant, quando expectabant patientiam DEI in diebus Nestoribus
Lyra monet, intelligi prædicationes Noacho per *Agov* inspiratas & olim per Noachum habitas ad vivos.

CXLVII. Eodem pacto haberi debet *sacrificium Iudæ pro mortuis*, quem auctor libri 2. Maccab. 12, 43. 44. scite fecisse scribit, *Iudæ Maccabæi*, quod hoc pacto de resurrectione cogitaverit. Et omnino nihil cogitare potuit, quàm resurrectionem, non verò purgatorium. Esti verò rectè fecit de resurrectione cogitans, tamen non rectè pro mortuis sacrificavit, siquidem illud Iudæ sacrificium, tam non quadrat ad ullum genus sacrificiorum in Levitico divinitus præscriptum, quàm non quadrat ad *illud* verbum DEI, quod veteres Israelitæ filios suos per ignem combusserunt. Psal. 106. 37 38, ut nihil dicatur, quod liber ille sit Apocryphus.

CXLIX. Cumque ex lege mandatorum Domini Moisaicâ debeant judicari facta & dicta alia, quæ occurrunt in historiis aliis Biblicis, utique etiam Iudæ sacrificium merito statuitur factum contra legem Domini, quia lex ipsa perspicua & clara Domini, nullum præcipit sacrificium pro mortuis. Itaque non licet sic argumentari: *DEVS per Moſen instituit sacrificia etiam pro mortuis, quia Iudæ Maccabæus sacrificavit pro mortuis. Sed potius ita est concludendum, Iudæ sacrificium pro mortuis est illegitimum, quia DEVS in Lege sua nulla sacrificia instituit pro mortuis.*

CXLIX. Secundum est, quod omnino fallaciter & perperam pro purgatorio probationes audent adducere ex Novi Codicis Scripturâ scilicet Matth. 5, 25. *Amen dico vobis, non exibitis illinc, donec persolveris novissimum quadrantem* (ubi antecedentium & consequentium contextura evincit, esse sermonem metaphoricum sumptum de adversario, iudice & carcere terrestri) Matth. 12, 1. *Qui dixerit contra Spiritum sanctum non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro* (ubi de peccato & præmio peccati nunquam remittendo agi testantur phrasæ equipollentes apud Marcum cap. 3. vers. 29. sic enim habent verba Marci: *Qui cumque blasphemaverit SPIRITUM SANCTUM non habet remissionem in æternum, sed tenetur æterno iudicio.* Quod igitur *Marcus*

*Quomodo Petrus
sacrificij audeant
probare somnium purgatorij ex
N. T.*

Marcus aeternum, hoc Mattheus vocat, nec in hoc nec in altero seculo. 1. Cor. 3, 13. Dies Domini declarabit, quod in igne revelabitur, & cuiusque opus quale sit, ignis probabit. Et paulo post 15. v. Ipse vero salvus erit, sic tanquam per ignem (ubi ex admonitione Lutheri reatissima & contextibus firmata loquitur de doctoribus diversos discipulos facientibus, qui probantur in iudicio & tribulationibus, sicut metallum ignibus, de quibus tribulationibus Origenes, Hieronymus, Augustinus & ipse Gregorius hunc locum exponere necesse habuerunt. 1. Cor. 15, 29. quid faciunt, qui baptizantur pro mortuis, (ubi phrasıs *ὑπὲρ νεκρῶν*, super mortuis vel in cœmeteriis vel saltem super articulum resurrexerunt baptismos fuisse ipsa docet) Phil. 2, 10. *Ut in nomine JESU flectatur omne genu, cœlestium, terrestrium & INFERORUM* (ubi non de purgatorio, sed de regno Christi super cœlestes, terrestres & infernales creaturas agitur, sicut antecedentia & consequentia ad oculum monstrant) Ergo his ita sese habentibus, quemadmodum aliter sese habere non possunt, jam sequitur, ignem purgatorii vanissimum evanescere.

Quod nullus sit thesaurus Indulgentiarum Ecclesiasticus.

CL. Videamus etiam thesaurum indulgentiarum, qui & ipse in magnum abibit fumum, ut cernent lectores. Hic autem libenter admittimus, quæ dicuntur de superabundantissimis meritis passionis Domini nostri JESU CHRISTI, *cujus sanguinis una guttula sufficit ad redemptionem totius mundi, etiamsi mille essent mundi, ut scire quidam ex Veteribus dixit, quippe qui est agnus DEI tollens peccata mundi, Joh. 1, 29. qui est propitiatio pro nostris peccatis, nec pro nostris tantum, sed etiam pro peccatis totius mundi, 1. Joh. 2, 2 & c.*

CLI. Et hæc tam sunt manifesta, ut cogatur Bellarminus lib. 1. cap. 4. de indulgentiis in solutione tertiæ objectionis, ipse fateri illud ipsum, adeoque necesse habeat per præoccupationem, quandam excusare suos gregales, cur merito Christi superabundantissimo & plus quàm sufficientissimo assuere audeant sanctorum hominum superflua bona opera. Sic enim ait: *NON est quidem*

quidem OPVS, ut adjungantur passionēs sanctorum passionibus Christi, quasi haec se non sufficiant, sed adjunguntur tamen, quia *ÆQVVM* est, ut passionēs illæ coram DEO non sint inanes, præsertim cum id sit tam gloriosum Christo, à quo manat omne bonum sanctorum, tum ipsis sanctis perhonorificam. Hæc Bellarminus.

CLII. Ecce Lector benevole quisquis es, etiam ex ipsis aduersariorum nostrorum partibus, propter DEI gloriam & tuam animam salutem perpende, quid ex sententiâ ipsiusmet Bellarmini de vestro negotio indulgentiarum cuncti & singuli Christiani statuere debeant, de quarum indulgentiarum fundamento, altero tam apertum, & tam clarum fert iudicium, 1. Quod mirum *NON OPVS SIT* ut adjungantur passionēs sanctorum passionibus Christi. 2. Quod tamen *ÆQVVM* sit, quod Christo gloriosam, quodque sanctis honorificam, ut eorum passionēs adjungantur passionibus Christi.

Expende lector quicunque, has voces Bellarmini, & hinc iudica, qualis sit Theologia Bellarmini habenda fides, quam conscientiosè

CLIII. Talis est etiam Theologia in Concilio Constantiensi religionem sessione 13. Junii 15. anno 1415. Licet Christus cœnam suis discipulis subtraheret, utraq; specie administraverit, tamen cum firmissimè credendum sit, integrum Christi corpus & sanguinem tam sub specie panis quam sub specie vini veraciter contineri, unde cum hujusmodi consuetudo ab Ecclesia & sanctis Patribus *RATIONABILITER* introducta & diutissimè observata sit, *HABENDA EST PROLEGE*, quam non *LICET* reprobare, aut sine Ecclesie auctoritate pro lubitu mutare. Hæc ibi, Sed ad rem.

CLIV. Annôn, optime lector, in tam grandi & gravi negotio peropus erat, ut Christianis monstraretur expressum, clarum & irrefutabile verbum DEI, & in hunc modum monerentur singuli ad amandas indulgentias, quod eas amare & usurpare iussèrit Christus & commendârint Apostoli. Annè hoc satis nobis esse debet ad constituendum articulum religionis Christianæ, quod Pontificii dictatores ex suo cerebro nobis & nostris laudatissimis majoribus dictârunt, *Etsi opus non est, tamen (ex nostro scilicet humano arbitrio) gloriosum est Christo & honorificum Sanctis, ut eorum superflua bona opera misceantur cum passionibus Christi, indeq; constituatur thesaurus indulgentiarum Ecclesiasticus, ex quo*

F

Ponti-

Pontifex Romanus Christianis, præsertim in purgatorio sudantibus aliquod
auxilium dispensare & communicare possit, interveniente lucro.

CLV. O misereatur clementissimus DEUS lux miserri-
maz, subque Pontificibus istis adhuc hodiè gravissimâ istâ ra-
tione, pressæ Ecclesiæ. Immodè etiam increpet tales Satanas &
animarum carnifices atque latrones, ipse Dominus noster Je-
sus Christus. Benedictus autem sit DEUS & Pater Domini
nostri Jesu Christi, qui in hoc loco oculis misericordiæ suæ
nos per Beatissimum servum suum, Doctorem Martinum Lu-
therum benignè respexit, & ab istis ἐλεηθρησικείας Diabolicis
Ecclesiis Germanicas primùm liberare cœpit.

CLVI. Etsi verò propter hanc ingenuam adversarii confu-
sionem indulgentias ipsas merito odisse, pedibusque conculcare
licet, tamen ex abundantia audaciam ejusdem retundere,
imperitos docebimus.

*Responsio de testimonijs, quæ producunt Pontificij,
pro illo themate, quasi Eleemosyna fuerit
satisfactoria in Veteri Te-
stamento?*

CLVII. Principiò igitur docet, Eleemosynam esse opus satisfacto-
rium, delens peccatum & importans remissionem peccatorum,
ex illo Tobia 4, 11. Eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat,
& ex illo Siracid. 3, 33. Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna
extinguit peccatum. Deinde docet jejunia quoque esse satisfa-
ctoria, exemplo Ninivitarum, Jonæ 4, 10. Denique oratio-
nem quoque vult esse satisfactoriam, ex eo, quod David tot
Psalmis compositis peccata sua coram DEO deflet, item ex
exemplo Manassis 2. Paral. 33. 12. 17. quem penitentem & de-
precantem exaudivit & reduxit in regnum suum Dominus, &
quæ sunt similia testimonia sacra.

*in toto V.T.
nec lum opus,
nihilq; aliud
fuit satisfæ.*

CLIX. Ad hæc igitur & ad alia cuncta similia, solidissimè
respondemus, sub toto Vetere Testamento, adeoq; à lapsu usq; ad pas-
sionem Messia, nullum opus, nullam actionem, nullam passionem ha-
buisse

uisse rationem & vim satisfaciendi pro peccatis, nisi soli sacrificia, *etorum aq̄*
passionis & mortis Christi typos et spectatissimos, ita gravissimos. *sacrificia.*

CLIX. Uno versu totum illud negotium proponit Dominus, Levitici 17, 11. his verbis: *Anima carnis in sanguine est, ego autem dedi illum vobis super altare, ad expiandum animas vestras, sanguis ipse animam expiabit.* Et Apostolus ad Hebræos cap. 9, 22. *Abq̄ sanguinis effusione non fit remissio:* Unde fit talis Syllogismus.

CLX. Quæcunque anima recipit ex divina institutione, super se peccatum alterius animæ, & ita nec aliter offertur ad expiandam aliam animam, atque tandem mundum facit hominem à peccato, illa offertur vice seu loco alterius animæ, adeoque satisfacit pro alterâ animâ. At anima pecoris in sacrificiali actu recipit super se ex divinâ institutione peccatum alterius animæ, & ita, non verò aliter offertur ad expiandam animam humanam. Ergo anima pecoris in sacrificiis offertur ad expiandam animam humanam, adeoque satisfacit pro animâ humanâ.

CLXI. Secundum hanc regulam igitur 1. satisfactoriè expiatur omnis Ecclesia Israëlita, quotidie per agnos duos, *Quomodo &*
item in singulis festis per certas sacrificiorum species, Deniq, in so- quando in V. I.
lennitate summâ, anno quovis semel sub ingressum Summi Pontificis fuerit satisfactoriè expiatur pro peccatis hominum.
2. Satisfactoriè expiabantur particulares cærus & singula individua quotidie per totum annum post commissâ peccata, quæ manibus suis ante actum pecoribus immolandis imponere jussa divino solebant, quemadmodum cernere licet, cap. 1. & 2. & 4. & 5. & c. Levitici, Ibi enim ad litur, quòd sacrificium sit acceptibile ad expiandum hominem, quòd sit oblatio ignita odoris quietis Iehove. quòd sit vitulus immaculatus Iehove pro peccato & sic expiet hominem Sacerdos, & remittatur ei peccatum, id quod capite quarto Levitici aliquoties repetitur, ut & capite quinto.

CLXII. Interim hanc satisfactionem non nisi *typicam* fuisse nos edocet Apostolus ad Hebræos cap. 10. r. ita tamen ut propter Christum passurum pro peccatis nostris, Esai. 53. & illis sacrificiis representatum, juxta voluntatem & ordinationem divinam, *suo modo* verè & realiter satisfecerint sacrificia pro peccatis hominum prævaricatorum. Si autem typi illud sufficienter præstiterunt ex divinâ ordinatione, multò magis Christus ipse istis typis præfiguratus plenissimam præstiterit satisfactionem infinitis infinitatibus superabundantissimâ & superfluentissimam, & multò magis in N. T. nihil est satisfactoriû, nisi sola mors Christi sacrificiis typicis representata. Id quod tota veteris & nova Scriptura nobis toties loquitur, ut nemini vel adversariis hisce nostris Pontificiis dubium esse queat. Photinianos enim nunc non prococamus.

CLXIII. Quæ omnia cùm ita sese verissimè habeant, quòd nimirum in V. T. *sola* sacrificia expient & satisfaciant pro peccatis, ita ut peccatum & peccatis debita mors æterna remittatur, utique facilis est explicatio omnium aliorum allegatorum doctorum, præferim ex libris Canonicis. Etsi verò ex libris Apocryphis citata meritò relinqui poterant, tamen ex superfluo, de illis quoque pauca admiscebuntur.

Tobias satisfactoria sacrificia V. T. magnificavit.

CLXIV. Et quod attinet ad *Tobiam*, faretur is ipse capite primo sui libelli, quod etiam *rem sacrificialem* eo ipso tempore diligentissimè curavit, quo tempore à decem tribubus (inter quas ipse habitaverat) prorsus neglecta fuerat, unde quilibet intelliget, quòd de expiatione, deletione, remissione, satisfactione pro peccatis nec Tobias aliud crediderit, quàm quod jam ex Mosis Levitico fuit indigitatum.

CLXV. Quando igitur cap. 4. r. dicit: *Eleëmofyna ab omni peccato & morte liberat*, vel sicut habet Græcus textus, *Eleëmofyna eripit à morte, nec sinit venire in tenebras*, ibi loquitur de rebus ad hanc vitam corporalem pertinentibus, nimirum quòd Eleëmofyna eripiat à morbis, ne maturè homo extingatur, & in tenebrosa terra sepeliatur. Et perinde se habet atque dixit, versu 8. *Ne avertas faciem tuam à paupere, & DEVS suam à te faciem non avertet. Pro facultate & copiâ benignè fac, quod si parum tibi fuerit, ne ve-*

TERTI

reari exiguum etiam beneficium largiri. Depossum enim bonum, quæ thesaurum parat tibi in DIEM NECESSITATIS, quoniam beneficentia eripit à morte, neq; in tenebras venire sinit.

CLXVI. Eodem pacto necesse est intelligi illud Tob. 12, 9. Beneficentia eripit à morte, omneq; peccatum purgat. Statim enim ibidem & è vestigio sequitur. Qui beneficentiam & iustitiam colunt replebuntur vitâ, qui verò peccant (nimirum illiberalitate & iniustitiâ) hostes sunt suæ vitæ.

CLXVII. Hæc omninò plana sunt ex Græco textu, Econtrâ vetus versio nimis in utroque loco est audax, quam ad simplices decipiendos urget omisso Græco textu Bellarminus, Tob. 4, v. 11. Eleëmofyna ab omni peccato & à morte liberat. Tob. 12, 9. Eleëmofyna à morte liberat, & ipsa est, quæ purgat peccata, & facili invenire misericordiam & vitam æternam. Hæc enim in fonte Græco non adsunt.

CLXIX. Quod attinet ad Siracidem, legatur ejus de sacrificiis, quæ sola expiant & satisfaciunt, sententia & confessio; Cap. 7, 31. 32. 33. 34. 35. In totâ animâ tuâ cole Dominum & Sacerdotes ejus mirare; In totâ virtute dilige eum, qui fecit te, & ministros ejus ne derelinquas; Time Dominum & honora Sacerdotem, & da partem ei, sicut mandatum est tibi, primitias & de delicto & donum brachiorum & sacrificium sanctificationis & primitias sanctorum. Et pauperi porrige manum tuam, & perficietur benedictio tua. Item cap. 31, 32. &c. Non complacet altissimus oblationibus peccatorum; neque in multitudine sacrificiorum (impiorum scilicet) propitiatur pro peccato. Et 35, 1. qui conservat legem, multiplicat oblationes. v. 7. Oblatio iusti (pœnitentis) impinguat altare, & suavis odor ejus in conspectu altissimi.

Siracides satis factoria sacrificia V.T. magnificat.

CLXIX. Ergò Siracides quoque sacrificiorum delentium peccata, satisfaciendum pro peccatis doctrinam unice observavit, & ita concludit, sicut suprâ fuit delineata, ex puro verbo Domini. Quapropter quando cap. 3, 33. dicit, Sicut aqua extinguit ignem, ita eleëmofyna extinguit peccatum, necessariò veniunt exponenda verba ejus de pœnis peccatorum corporalibus, quæ DEUS ob commiserationem erga pauperes, &

Ipse relaxare vel mitigare solet. Et hoc contextus evincit, quia illicò post 33. versum sequuntur hæc verba: Et Dominus, qui gratiam reddit, memor erit in posterum & in tempore casus sui firmiter inveniet. Idem dixit cap. 7. 35. Perficietur benedictio tua.

CLXX. Quæ autem præmia & benedictiones liberalibus & beneficis decernantur, ubique obvium est, Deut. 14. 29. *Vi benedicat tibi Iehova in omni opere manus tue, quod feceris, idem extat, Deut. 15. 10. item 25. 15. 16. Psal. 41. Beatus vir, qui intelligit super egenum & pauperem, in die malæ liberabit eum Dominus, Dominus conservabit eum & vivificabit eum & beatam faciet eum in terrâ & non tradet eum in manum inimicorum ejus. Dominus opem feret illi, super lætiam doloris ejus. Proverb. 3. 9. Da pauperibus, & implebuntur horrea tua. Esai. 58. 7. Frange esurienti panem tuum. Tunc erumpet quasi aurora timent eum & sanitas tua citius oriatur, &c. De similibus etiam corporalibus promissionibus agunt ista, Dan. 4. 24. Redime peccata tua Eleemosynis & justitia, & ecce erit medela delicti tui, hoc est, erit medela pœnarum, quas tibi regi Dominus est minatus, ut ejiciaris è regno, comedas herbas, habites in agris &c. Luc. 11. 41. Date (vos qui pleni estis rapinarum Pharisei) eleemosynas. & ecce omnia munda erunt vobis (ne propter rapinas pupari necessum habeatis.)*

Responsio de testimonio à jejunijs.

Ionas eos, qui cum eo fuerunt in navi, de sacrificijs edocuit.

CLXXI. Quod attinet ad Niniuitarum jejunantium opera, Jon. 3. quæ etiam satisfactoria cudere laborat Bellarminus, probè expendendum venit, primò ex capite secundo Jonæ, quòd Jonas in ventre ceti peccatum suum agnoscit, ideoque dolet, & quia ex vitâ mirabiliter intra ventriculum balenæ servata de ampliore misericordia DEI spem concipit, iccirco ibidem vota facit de sacrificijs DEO offerendis, in quibus tantè peccati remissionem & satisfactionem per Messie passionem consequatur, simulque Sacerdotibus sese gratum exhibeat. Versu 10. inquit: Ego in voce confessionis mactabo vel immolabo, vel sacrificabo tibi, quod voti, reddam tibi.

CLXXII. Quis ergò dubitabit Jonam gratuitò remissionem *Sine dubio et* peccatorum sperasse & consecutum esse; & quis amplius dubi- *iam Ninivitis* tabit, Jonam talem etiam gratuitam remissionem prædicasse *de iisdem sacrificiis edoctis.* suis Ninivitis, quam avidissimâ fide amplexi, fidemque illam vivis & maximè ardentibus operibus externis testificari fuerint. Nulla enim hic vel minimæ satisfactionis inculcatæ minima suspicio liquido ab adversariis monstrari potest. Apertè quippe dicitur, quòd crediderint prædicanti Jonæ de magno DEO, cujus prædicationis capita sine dubio multa fuere, & quòd credentes conversi fuerint, & hac suâ conversione pœnas corporales ipsis denunciatas averterint, nimirum excidium post quadraginta dies alioquin tolerandum.

CLXXIII. *Secundo* constat ex capite primo Jonæ, quòd isti initio Ethnici in mari tempestuoso à Jonâ sunt conversi, de- que sacrificiis satisfaciendis pro peccatis etiam admoniti, unde tandem à reditu citra omne dubium sacrificarunt. Perpendatur enim capitis primi, versus 14. 16. *Clamaverunt* (antea aliis diis addicti) *ad Iehovam & timuerunt timore ingenti Iehovam & maceraverunt Iehovæ hostiam, voveruntq; vota.* Videatur Olander à nostris hæc rectè explicans.

CLXXIV. Quod atinet ad Davidem satis se declarat ille *David, Ma-* Psal. 32. *Beati quorum remisse sunt iniquitates, & quorum tecta sunt* *nasse, & alij* peccata. *Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum.* Et quan- *satisfactoria* to zelo typos Christi profecutus fuerit, annon satis patebit ex *sacrificia ma-* eo, quòd tantum thesaurum filio suo collegit ad præpara- *gnificaverunt.* tionem templi, ad quod sacrificia deferbantur, 1. Paral. 29. capite.

Manasses quoque post reditum inter alia reparavit altare Iehovæ, immolavitque super illud victimas pacificorum & gratiarum actionis, 2. Paralypom. 33. vers. 16. Eadem possunt prolixè doceri de omnibus aliis, quotquot citari poterunt, ut totius negotii magnum compendium faciamus

CLXXV. Adeo Iob V. T. toto sacrificabatur quotidie sacrificium typus moriturus Christi, in singulis item festis pro integrâ Ecclesia, in anniversario magno festo, decimo die Septimi mensis etiam pro integrâ Ecclesia, aliâs pro singulis individuis quoties eadem peccatis sese premi sentiebant. Et hæc fuit fides, quâ salvati sunt omnes ab Adamo ad Christum.

*Bona opera in
V. T. pro satisfactorijs non
habita, etsi requisita.*

CLXXVI. Aliam satisfactionem pro se nedum pro alijs per opera quæcunque ignorat Ecclesia totius Veteris Testamenti. Postea singuli fideles conatu summo studuerunt præstare præcepta Domini reliqua sanctis moribus, quibus Dominus novas promissiones promulgavit, quod in viis Domini ambulatori essent benedicti domi & foris & in omni vitâ. Nunquam verò, nusquam etiam dicitur, quod sanctissimorum Prophetarum & Patriarcharum & Martyrum opera & sancti mores ullorum veterum ullam habuerint rationem ullius vel minimæ satisfactionis.

Responsio de testimonijs ab Oratione.

CLXXVII. Ab eleemosynis & jejunijs eorundemq; amborum circumstantiis eodem loco habendis cum principalibus suis conferte se adversarius ad Orationem, & hanc satisfactoriam esse probare conicitur ex Oratione Dominicâ, in quâ petimus, ut dimittantur nobis debita nostra. Item ex Psalmis Davidis alijs, &c.

CLXXVIII. Verum enimverò petere remissionem & satisfacere, tam sunt contraria, quam quæ maximè contraria esse possunt. Per precationem post contritionem & dolorem ob commissa peccata in vera fide erga Messiam pro nobis mortuum, à Patre Domini nostri JESU CHRISTI petitur criminum venia.

CLXXIX. Patet hoc abundanter ex Psalmo 51, 3. ubi petit, ut ejus misereatur DEVS secundum misericordiam suam, secundumq; multitudinem miserationum suarum deleat pravaricationes suas, & in fine pollicetur cum alijs oblationem sacrificiorum, etiam si hac vice novit, DEUM ipsi jam seriam agentem poenitentiam etiam extra & præter sacrificia particularia, peccata remissurum.

CLXXX. Patet illud ipsum ex Danielis c. 9. v. 17. ubi Daniel perit propter DOMINUM ut jam tandem misereatur desolationis terræ sanctæ, & reducat post finitos 70. annos populum ad pristinas sedes. Non inquit in justitijs nostris prosterminimus deprecationes nostras in conspectu tuo, sed in miserationibus tuis multis. Quis hic dixerit satisfactionem esse precum, præsertim cum mox versu 20. subjiciatur; Adhuc loquebar & orabam & confitebar peccatum meum & peccatum populi mei Israel, & prosternebam deprecationem meam coram JEHOVA DEO meo, pro monte sancto DEI mei.

Responsiones de testimonijs à cilicijs, cineribus, flagellationibus.

CLXXXI. Si ergo oratio pro proximo non est satisfactoria, De cilicijs, multo minus satisfactoriæ erunt pro aliis in precatione adhibita cineribus, cilicia, cineres, flagellationes, etsi non ignoramus, ad precationes ar- flagellatio- dentiores adhiberi jejunia, cineres, cilicia &c. vibus.

CLXXXII. Sic Marci 9. 29. Hoc genus Daemoniorum non eijctur nisi per orationem & jejunium. Luc. 2. 37. Hanna vidua non discedit de templo jejuniis & obsecrationibus serviens nocte & die. Act. 14. 23. cum constituisent Apostoli per singulas Ecclesias Presbyteros, & orassent cum jejunationibus, commendaverunt suos Domino in quem crediderunt.

CLXXXIII. Ad flagellationes quod attinet & percussiones sui ipsius, prorsus perperam allegatur illud 1. Cor. 9. 27. castigo corpus meum, aded ut ipse Bellarminus cogatur fateri (quando scilicet intuitus est contextum à capite 8. per totum 9. usq; ad secundum versum capitis undecimi) alium posse esse sensum, etsi addit OMNINO PROBABILE est, Paulum etiam propriè corpus suum verberibus affecisse.

CLXXXIV. Quæstio instituitur eo loci illa, An firmi possint bona conscientia vesci Idolothytis in conspectu & præsentia infirmorum. Respondet Apostolus negativè.

CLXXXV. Cum autem responderent firmi, nihil esse Idolum, ideoq; citra læsionem conscientiæ Idolothytis aliquem vesci posse, regerit, scientiam illam jacturam vanam esse, quod scandali-

G

lizet

lizer infirmum fratrem. Et suo usus exemplo addit, se etiam à multis temperasse sibi, ut alios lucretur, nec quenquam scandalizer. Ego inquit ita curro, non quasi incertum, sic pugno, non quasi aërem verberans, sed castigo corpus meum, & in servitutem redigo, ne forte quibus alijs predicaverim, ipse reprobus efficiar.

CLXXXVI. Castigo corpus meum inquit, nimirum in iis, de quibus antea fuerat sermo, nimirum, nunquid non habemus potestatem manducandi, & bibendi, nunquid non habemus potestatem mulierculam fororim circumducendi, an ego solus & Barnabus non habebimus potestatem nō operandi, si alij potestatis vestrae participes sunt, quare non potius nos? sed non usi sumus hac potestate, sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Evangelio CHRISTI, factus sum infirmus, infirmus, ut infirmos lucri facerem, sic igitur currite, ut comprehendatis. Ego sic curro sic castigo corpus meum.

CLXXXVII. Si τὸ castigare propriam significationem debet retinere, tum eandem retinere debet τὸ currere, & τὸ pugnare, id quod tamen fieri nullo modo potest. Quapropter castigare significat non uti suo jure & libitu, sed reprimere affectus, & in multis de rigore petendi stipendia, & faciendi alia remittere, multo magis non indulgere affectibus carnis,

Responsio de testimonio à voto.

De voti.

CLXXXIIX. Quod attinet ad vota, dicit Bellarminus ea naturam à DEO esse mandata, nec generaliter nec specialiter, idque cum sponte à sanctis veteribus & aliis suscipiantur, pro satisfactorius haberi debere. Respondetur, vota nihil sunt aliud quam speciales promissiones gratitudinis pro beneficiis plerumque; ad huc speratis conceperunt ex divina ordinatione, Psalm. 66. 12. Reddam tibi vota mea quae distinxerunt labia mea dum esset angustia mihi.

CLXXXIX. Sunt autem promissiones specialioribus & rigidioribus vel strictioribus circumstantiis comprehensae, hac de causa, ne, quod plerumque fieri solet, post acceptum beneficium animus remissior, & ad reddendum pigrior reddatur. Incirco igitur specialis gratitudo promittitur, ut in Psalm. 66. 12. Introibo in domum tuam in holocaustis. Sic Gen. 28. 20. 21. voverit Jacob si fuerit

*si fuerit Dominus mecum & reversus fuero prosperè in domum patris meæ
erit mihi Dominus in DEVM, & lapis iste erit domus DEI, & ex
omnibus decimas dabo.*

CLXXXX. Ubi igitur precipitur in genere gratiarum actio
ibi simul precipitur votum, sed & Votorum divinam ordinatio-
nem docet caput 7. Levitici, ubi versu 16. 17. 18. votivum sacri-
ficium constituitur species sacrificii *pacifici*. Legant Pontifici Ly-
am super locum jam dictum.

Responsiones de asperitate vitæ & victus Iohannis.

CLXXXXI. Porrò opera supererogationis augere cupit Jo-
hannis Baptistæ 1. asperrima vita, de qua inter alia dicitur, nos
in scripturis ostendere non posse, ubi DEUS istam asperitatem
imperaverit. 2. ex ejusdem respicientia & vitæ novitate, qua
ipse, qui nunquam à DEO alienus fuit, nunquam indignerit.

CLXXXXII. Quod attinet ad historiam de asperitate vitæ Iohannis
Baptiste, ibi non est quaestio de facto, hoc enim concedimus, quia
à sacris literis commemoratur, sed de jure, utrum rectè talem
asperitatem fuerit æmulatus Johannes.

CLXXXXIII. Non rectè fecisse Iohannem, inde patet 1. quia lex
Mosis Ceremonialis tum nondum erat abrogata. Et lex illa plu-
res admittebat cibos quam quos solos Johannes comedebat.
Unde CHRISTUS discipulos ad Judæos emittens dicit eis
Luc. 10. 7. *Quicquid vobis apponitur, edite*, nimirum non prohibi-
tum lege Mosis. 2. Quia illam rigiditatem Essæam & Phari-
sæam pariter CHRISTUS ipse carpit March. 9. 16. 17. Marc. 2.
21. 22. Luc. 5. 36. 37. 38. 39. ubi doctrinam Pharisaicam, & Iohannis
quoque; de nimis jejuniis vocat *vestimentum veteris, utres veteres*. Lega-
tur præ reliquis in hanc sententiam ista rectissime explicans Ja-
cobus Faber Stapulensis in commentariis initiatoriis super 4.
Evangelia.

CLXXXXIV. Et istam pravam consuetudinem contrariam
legi DEI & à CHRISTO tum improbatam, contraxerat Johannes
Baptista inter Essæos, siquidem tales fuisse mores Essæorum ex
historicis liquet, nimirum gaudebant esse remoti à frequentia se-
cessuum, & solitudinis cultores, habere victum herbarum. &
fructus arborum, fugere cibos animales, sicut antea fecerunt
Pythagorici.

Responsio de exemplo Hannæ.

CLXXXV. Quod attinet ad Hannam, frequens præ aliis plurimis illa fuit in visitando templo, ut etiam in jejuniis juxta exempla sanctorum, non juxta consuetudines Pharisaicas, & in orationibus, Nequaquam autem singulis momentis mansit in templo, & in jejuniis ac orationibus cunctas dies & cunctas noctes continuavit, alioquin nec bibere nec dormire debuisset unquam. Sic pius in lege Domini meditatur dies & noctes. Psal. 1. 2.

CLXXXVI. Sponte autem fatemur, hoc secundum has literas non esse mandatum in verbo DEI, ut aliquis ne unquam uno momento vel pede ex templo discedat, ut seruiat DEO orationibus noctes & dies sine omni intersticio. Ast sensum jam indigiratum contineri in sacris, nemo ex adversariis negare poterit, nimirum ne unquam quantum fieri per valetudinem & c. potest, templa non visitentur, ut diligenter DEO seruiamus in jejuniis & orationibus. Evanescit igitur in hoc quoque allatò testimonio opus supererogationis indebitum.

*An jejunia fuerint divinitus præcepta,
nec ne?*

CLXXXVII. Quod attinet ad jejunia, in casu necessitatis cum precibus jungenda ea fuisse, verbo DEI & exemplis sanctissimorum edocemur. Etenim illam ceremoniam populo suo DEUS ipse præscripsit, ne opus sit eam inter humanas traditiones seu spontanea connumerare & inter indebita opera. Sic enim Levitici 16. 29. 31. de anniversario & solennissimæ poenitentia & expiationis universalis festo, in quo etiam summus Sacerdos ingreditur in sanctum sanctorum, & duobus hircis imponuntur peccata Sacerdotum, & rotius populi; *Erit vobis in statutum perpetuum, mense septimo, decima mensis affligetis animas vestras, neque opus ullum facietis; affligetis animas vestras statuto perpetuo.*

CLXXXVIII. Quomodo autem affligere debuerint animas suas eo die, ex circumstantiis facile elucet. Eodie expiabantur primum ipsum sanctum, & sanctum sanctorum, & ipsum altare, ab omnibus iniquitatibus filiorum Israel; deinde expiabantur peccata

peccata omnium Sacerdotum; deniq; hirco emissario imponebatur peccata totius domus Israel, & deducebatur ille in eremum, adeo ut impurus haberetur ad vesperam usq; ille, qui hircum deduxerat, nec auderet ingredi inter reliquos filios Israel.

CLXXXIX. Dum igitur hæc tanta fiebant, aspectante toto populo Israel, juberetur ipse populus Israel simul affligere animas suas, cogitationibus nimirum repetere præcipua commissa delicta, ob eadem delere, ingemiscere pro remissione peccatorum eorundem, idq; summa humilitate. Hic enim quilibet vider, peropus fuisse sobrietate magna, jejunijs ad tantum actum, & humili vestitu, atq; mente demissa & attenda. Quomodo enim affligere, dicendus esset animam suam qui in illo sollemnissimo actu vestitum festivum gessisset, & à cibo consueto ne tantillum detraxisset, præsertim cum sollemnis ille actus horis perficeretur commodioribus ad res tantas tractandas.

CC. Ex hoc igitur præcepto divino generali tandem pii sanctissima petiverunt exempla hujus ceremoniæ, quoties animas suas affligere singulariter voluerunt. Sic enim David Psal. 35. 13. *At ego cum egrotarem ipsi, vestimentum meum saccus, afflegebam in jejuniis animam meam, & oratio mea in sinum meum revertebatur.* Sic etiam Esras c. 8. 21. *Indixi jejunium juxta fluvium, ut affligeremus nos coram DEO nostro.*

CCI. Audiatur clarissimum exemplum aliud ex Danielis cap. 10. In illo enim & quidem versu 12. dicit Angelus ad Dani-
elem, *ne timeas Daniel, quia à primo die, quo dedisti cor tuum ad intelligendum, & ad affligendum te coram DEO tuo, exaudita sunt verba tua, & ego veni propter verba tua.*

CCII. Quid verò Angelus intellexerit per *te ad affligendum*, illud de se ipso commemorat Daniel in præcedentibus, versu 2. his verbis, *In diebus illis ego Daniellugebam tribus hebdomatibus diem, panem desuiciorum non comedi, nec caro nec vinum introjerunt in os meum, nec unguendo unctus sum, donec complerentur tres hebdomades dierum.*

CCIII. Et quid igitur hæc omnia, pro operibus satisfactio-
nis vel supererogationis, Neq; etiam ex his & ex Levit. 16. illud

inferre permissimus Pontificios quasi in Novo Testamento de-
beat statum aliquod esse jejunium sive anniversarium sive aliud,
& quidem tale ut à Pontificiis pingitur. Institutionem enim di-
vinam pro Novo Testamento nullam in medium nobis profer-
re possunt. Nec tamen prohibemus, quo minus ærumnoso rem-
pore & casu necessitatis urgentis oblato solennes preces
additis majoris attentionis gratia jejuniis sacris & aliis humili-
tatum ceremoniis ad tempus indici queant.

*An aliorum operum merita possint alijs commu-
nicari sensu Pontif.*

CCV. Porro valde ridiculum est quod Bellarminus, tantus
Goliathus, communicationem operis supererogationis exculpe-
re conmittitur ex illo Psal. 119. 67. ubi David dicit, *se participem su-
isse omnium timentium DEVM*. Nam in fontibus clarissime osten-
ditur hic sensus quod David hoc dicat, *quod sit socius omnibus qui
timent Dominum, & custodiunt præcepta ejus, etsi ceteræ impiorum ipsum
vellent prædari, ut habet textus præcedens versu 61.*

CCVI. Magis ridiculum quod Bellarminus agnoscit, ver-
tendum esse socium, & tamen socium ita adhuc interpretari au-
det, quod amicorum omnia sint communia. Hæc ad jocos non
ad seria tractantes pertinent.

*An passio Christi illa pertineat ad thesaurum in-
dulgentiarum, quæ impijs non applicatur.*

CCVII. Et hæcenus de primo thesauri indulgentiarum mem-
bro, secundum sequitur quod depromitur ex satisfactionibus
CHRISTI, quæ apud incredulos & impios pereunt; ne igitur
profus inaniter evanescant, à Bellarmino conjiciuntur in cistam
thesauri indulgentiarum, & à Pontifice pro redimendis pœnis in
purgatorio alioquin sustinendis, dispensantur, inter veniente
lucro.

CCVIII. Verè autem & hoc ipsum plusquam est ridiculum,
partiri meritum CHRISTI, sicut Princeps suum thesaurum par-
titur per tonnas auri, ut vocant, & tres tonnas ab uno amico re-
cusatas

culatas redonat secundo suo amico. Quid levius? quid puer-
lius? quid ineptius? & magis contra scripturam effutiri possent?

CCIX. *Mysterium est, infinitæ personæ CHRISTI infinita passio, cujus meritum & totum unicuique individuo applicatur, & totum vicissim prodest singulis & cunctis aliis infinitis individuis, imò etiam infinitis mundis, si modo dari possent. Peccat igitur sub sole, hoc commentum & somnium Bellarminianum.*

An Maria mater Domini sine peccatis fuerit.

CCX. *Virginem Mariam, matrem Salvatoris sine omni originali peccato fuisse, nunquam probabunt Pontificii ita nimirum ut ex Spiritu Sancto formata fuerit sicuti CHRISTI caro Luc. 1. 35. Eandem fuisse sine omni actuali peccato, cur audeat dicere, 1. quæ in amissione filii, eo tempore cum cædes infantum hujus unius gratia facta adhuc recens esset, à culpa omni liberari nequit, quicquid contra Pontificii moliantur, conatibus prorsus inanibus. 2. Ut etiam in æstimanda persona sui filii quam ex illis circumstantiis huc usque editis rectius considerare debuisset, ne audire necessum habuisset, an nesciebatis quod oporteat me esse in illis quæ sum patris mei Luc. 2. 49.*

CCXI. *Fridericus Bartschius Braunsbergensis, Iesuita in suis concionibus Controversis prolixè pugnat, in his jam indigitatis innocerrimam fuisse matrem Domini, & retro omnibus seculis inter antiquos Ecclesiæ orthodoxæ patres illas accusationes esse inauditas.*

CCXII. *At audiat ille unum Radulphum Ardentium Piclavum, Aquitaniæ Ducis Guilielmi concionatorem, qui floruit circa tempora Philippi primi Francorum Regis ab anno Domini 1040, usque ad 1100. Sic igitur ille super Dominicam post Epiphaniam Domini; putabat beata virgo, quod puer esset cum Ioseph & Ioseph putabat quod esset cum matre, & ita ut ei placuit relictus est. Et paulo post: Non in hoc quod eum quasi filium querunt, vituperat, sed quis sibi verus pater sit insinuat: In quo nos docet præceptum DEI patris & matris Ecclesiæ, præcepto carnalis patris & matris promovere, sicut idem alibi dicit, qui amat patrem & matrem plus quam*
me, non

me, non est me dignus. Quando tamen preceptum terreni patris vel matris non obviat precepto DEI, debemus ei humiliter obedire. Vnde Dominus CVM QVASI INCREPANDO matri sua & Ioseph prius respondisset, mox tamen in humilitate eis parer: Sequitur enim quod descendit cum illis & venit Nazareth & erat subditus illis. Hæc ille.

CCXIII. Modestè procedit auctor hic per antiquus, & quia objurgationem satis agnoscit, nec negare aut præterire potest, saltem in honorem virginis, eam emollit, adjecta particula, Q U A S I,

An sancti suis satisfactionibus aliquid conferant ad thesaurum.

CCXIV. Procedit Bellarminus & de Beata Virgine de Iohanne Baptista, de Prophetis, de sanctissimis aliis viris, de Apostolis, de martyribus, de confessoribus & de eremitis infans quasi, statuit, eos pro propriis culpis quas paucissimas habuerint, minimis eguisse satisfactionibus, ideoq; suis passionibus quas nimis multas sustinuerint innocentissimè, imò quibus etiam oppressi fuerint, omnino aliquid supererogationis collegisse, quod ad cistam thesauri indulgentiarum pervenerit, indeq; per Pontificem Romanum dispensari jure possit.

CCXV. Hæc omnia quanta temeritate præter & contra sacras scripturas, cunctos imperfectorum ordini accensentes dicuntur, tanta quoque facilitate à nostratibus repudiantur.

CCXVI. Pretiosa vel cara seu digna seu pretiosa æstimata est mors Sanctorum in oculis Iehovæ Psal. 116. 15. Supra quem locum præter extat explicatio vetustissimi Theologi Tertulliani in fine Apologetici sui adversus gentes nimirum capite quinquagesimo, cujus summa est, sicut mors impiorum pessima est, ita mors piorum est optima & DEO gloriosa, quia eisdem vitam æternam aperit & obedientia talis in casu confessionis DEO placet.

CCXVII. Simili, imò prorsus eodem modo Evangelista de martyrio Petri loquitur Joh. 21. 19. HOC DIXIT (JESUS) significans quia morte glorificaturus esset DEVM.

CCXVIII. Et in Novo Testamento 2. Tim. 4. 16. de suo imminente

minente martyrio, quod Neronem tunc temporis metueret dicit *σπένδομαι* Ego jam offeror significans tam gratam, caram & acceptam in oculis Domini esse mortem Sanctorum, quam chara, grata & accepta erant sacrificia, nimirum *suavis odor quietis* J EHOVÆ, sicut in Levitico aliquoties dicitur. Sic autem grata DEO est Matt. 10. 39. *Qui perdidit animam suam causa mea, inveniet eam.*

CCXIX. Itaque in aliis omnibus locis ubi vincula & passionum martyrum recensentur nihil aliud commemoratur quam martyria à Sanctis pro gloria DEI esse in suam gloriam tolerata. In illo apud Job. 6. 2. nihil aliud habet, quam si appendentur dolores & afflictiones ejus, tum summa gravitas eorum sit apparitura.

CCXX. Summatim in nullis locis vel minima suspicio esse potest, quasi scriptura passionum Sanctorum faceret abundantis supererogationis, ne quidem in illo ubi Apostolus suas passiones dicit *superabundare vel excellere* 2. Corinth. 11. 23. Excellentiam enim illarum passionum tantummodo *relative* intelligit, nimirum respectu reliquorum Apostolorum, qui tanta passi non sint, non vero respectu alicujus abundantia, aliis piis inde speranda.

CCXXI. Et quod 1. Cor. 4. 4. dicit Apostolus, *se nullius rei sibi esse conscium*, illud interpretandum venit de rebus in officio suo à sese nequaquam neglectis, quemadmodum initio capituli ejusdem refert, *Ministros esse dispensatores, & in dispensatoribus requiri ut sint fideles.* Cumq; è vestigio ibidem addat, *se in hoc tamen non esse justificatum*, qua quæso ratione aliquid supererogari inde potuisset ad juvandam aliorum salutem.

CCXXII. 2. Cor. 1. 12. Iterum provocat ad testimonium conscientia suæ, quod nequaquam cum sapientia carnali versatus fuerit, ullius gratiam vel ullum suum commodum aucupando &c. Hæc quæso quidnam pro satisfactione supererogationis facerent.

CCXXIII. Quod attinet ad communionem Sanctorum quæ in symbolo Apostolico indigitatur prout nunc legitur, (hæc apud Cyprianum non extat, patrem antiquissimum.) aliam nos agno-

scere non possumus quam illam de qua Christus docet Matt. 22.
39. Diliges proximum tuum sicut teipsum, & quam toto capite, 1. Cor. 12.
Apostolus inculcat in similitudine de corpore uno habente plu-
rima & diversa membra, item quam idem Paulus habet Eph. 4.
v. 2. cum inquit : *tolerate vos invicem per charitatem, studentes servare unitatem Spiritus per vinculum pacis, Vnum corpus & unus Spiritus, quemadmodum & vocati estis in una spe vocationis vestrae, Vnus Dominus, una fides, unum Baptesma, Vnus DEVS & Pater omnium.*

CCXXIV. Nimirum talem communionem Sancto-
rum docet sacra scriptura, quæ in hac vita (siquidem de
statu post hanc vitam ne tantillum admiscetur) unam
profiteretur fidem, unam spem eandem invocationem ejusdem
DEI & Messia: tum pro corporali felicitate, tum pro æterna sa-
lute illico post mortem expectanda, unam charitatem juvandi
sefe mutuo in omnibus rebus ad hanc vitam necessariis & in ali-
is ad æternam salutem à morte statim consequendam, non nisi
ex gratia & merito unico unici Mediatoris & Capitis Domini
nostri Jesu Christi, à quo capite omnia bona fluunt in omnia
membra.

CCXXV. Aliam sanctorum communionem nescit tota sa-
cra scriptura, quæ consisteret in mutua communiõne & dispen-
satione vel applicatione passionum, siquidem illud quod nos
apud Patrem cælestem gratiosos reddere debet, necesse est ut
cõmunicetur nobis ex plenitudine Christi. *Is traditus est propter delicta nostra & resurrexit propter justiciam nostram Rom. 4. 25. tradidit seipsum pro nobis oblationem & hostiam DEO in odorem suavitatis Ephes. 5. 2. Dedit seipsum redemptionem pro omnibus 1. Tim. 2. 6. Idcirco dicitur Agnus DEI qui tollit peccata mundi. Joh. 1. 29.*

CCXXVI. Urget Bellarminus locum 2. Cor. 12. 15. *Ego libentissimè impendam & expendar pro animabus vestris etiamsi amplius vos diligens minus à vobis diligar. Verumenimverò legentibus contextum à versu undecimo, apparebit 1. sermonem esse de rebus in hac vita impendendis & superimpendendis erga illos à quibus gamen pro illa impensione parum gratiæ reportabit. Quid igitur*

igitur hæc ad alteram vitam post mortem in purgatorio. 2. Sermonem esse de sumtibus pro conservacione vitæ, quos hæctenus nullos à Corinthiis acceperit, sed neq; deinceps accipere velit, & velle Apostolum sua omnia quæ habet impendere & super impendere in commodum Corinthiorum.

CCXXVII. Ecce benevole Lector, quanta audacia Bellarminus uratur ad corrupenda & detorquenda manifesta sacra scriptoræ loca, pro sua libidine & pro mala causa deinceps quæque pallianda.

CCXXVIII. Simili audacia depravat alterum locum 2. Timoth. 2. 10. *Omnia sustineo propter electos.* Inspiciatur enim contextus à versu 3. *Feras afflictionem ut bonus miles IESV CHRISTI, Nemo qui militat, implicatur vitæ negotiis, ut ei qui se in militiam delegit, placeat, quod si certet etiam aliquis, non coronatur, nisi legitime certaverit.* Agricola oporet prius fructus percipere, considera quæ dico, *Det tibi Dominus intelligentiam, Memento IESVM CHRISTVM resurrexisse à mortuis secundum Evangelium meum in quo malis affligor quasi fascinorosus usq; ad vincula, sed sermo DEI non est vinculus, Ideo omnia sustineo propter electos ut & ipsi salutem consequantur, quæ est in CHRISTO IESV cum gloria æterna.* Fidelis sermo, nam si commortui sumus & convivemus. Si sustinebimus & correpnabimus, si negaverimus & ille negabit nos.

CCXXIX. Sustinet igitur Apostolus omnia mala, omnes afflictiones, vincula, carceres, & quæcunque alia, tantum ut satisfaciatur ministerii sui officio & plurimos lucrificat magno suo Domino JESU Christo. De supererogationis passionibus hic omnino est altissimum silentium.

CCXXX. Quo ad locum Col. 1. 24. *Adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore ejus quod est Ecclesia: res est expedita.* Nam & statim hæc præcedentia: *Gaudeo de ijs quæ patior pro vobis, & hæc consequentia, Ad quod etiam entior decretans secundum efficacitatem ejus, agentem in me potenter c. 2. Velim n. vos scire quantum certamen sustinuerim pro vobis & ijs qui sunt Laodicea & c. potenter evincunt, quod loquatur de afflictionibus quæ oriuntur ex certaminibus, quæ*

H 2

lulci-

suscipiuntur pro defensione veræ doctrinæ adversus hostes veritatis, quales afflictiones etiam Christus sustinuisse inducitur. In hoc igitur Christus & Apostolus inter se v. 24. comparantur, non verò de satisfactione Christi pro nobis præfata.

CCXXXI. Primum enim sibi cum Apostolis Christus alibi aperte facit commune Matth. 10, 24. *Non est discipulus supra Magistrum, neq; servus super Dominum suum, sufficit discipulo ut sit sicut Magister ipsius, & ut servus sit sicut Dominus ipsius, si ipsius patremfamilias Beelzebub vocarunt, quanto magis domesticos ejus.* Huc illud Matth. 10, 38. *Qui non accipit crucem suam ac sequitur me a tergo, non est me dignus.*

CCXXXII. Hoc primum omnibus piis & Christo commune facit alibi Apostolus Rom. 8, 17. *Sumus coheredes Christi, si modo simul compatimur & 29. Quos præcivit, eos prædestinavit conformes fieri imagini filij sui, ut is sit primogenitus inter multos fratres.* Gal. 6, 17. *Ego stigmata Domini IESU in corpore meo porto & 2. Cor. 12, 10. Contumelias, persecutiones, angustias suas vocat pro Christo, hoc est quod Marc. 10, 22. Christus dicit: *Eritis exossi omnibus hominibus propter nomen meum 2. Cor. 1, 5. abundam passiones Christi in vobis & c.**

CCXXXIII. Sicut igitur totus Ecclesiasticus cætus habetur pro uno corpore, cujus caput Christus, pij reliqua membra, & sicut Christus propter veritatem multa passus est, ita destinavit DEUS similes passiones omnibus piis propter professionem veritatis. Quando igitur pij propter veritatem sustineant odia & ærumnas, expleri dicuntur ea quæ desunt corpori Ecclesie, antea nimirum prædicta & prædestinata.

CCXXXIV. Aliud genus afflictionis præcedit versu 14. Col. 1. *In Christo habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum & 20, 21, 22. quod per Christum Pater reconciliavit omnia sibi per sanguinem crucis ejus, quod reconciliavit nus in corpore illo carnis suæ per mortem.* Item cap. 2, 14. *Quod Christus deleverit Chirographum nobis contrarium, affixum cruci.* Hoc secundum genus afflictionis nulla ratione sibi applicat aut commune facit Paulus, quin potius ambabus manibus a se removet 1. Cor. 1, 13. *Nam Paulus crucifixus est pro vobis.* Utroque copulavit apertissime alter Apostolus Petrus 1. Petr. 2, 18. & seqq. quæ verba lektor ipse expendat.

235. Ergo

CCXXXV. Ergò in hisce omnibus modo Christus dicitur, pati & crucifigi ita pro nobis, sicut nos pro aliis pati & crucifigi non possumus: modo Christus ita introducitur portare crucem, sicut nos quoq; crucem Christi portare debemus. Adeo nihil hic continetur quod satisfactionem pro aliis impeteret, nullas hinc petere licet passiones supererogationis.

CCXXXVI. Tam illa sunt manifesta ut Bellarminus de indulgent. lib. 1. cap. 3. cogatur fateri esse sermonem de passionibus Apostoli pro electis, interim tamen (addit) possunt etiam explicari verba de communicatione satisfactionum. Sed talem passionem suam non vult agnoscere Apostolus quando dicit 1. Cor. capite 1. 13. *Num Paulus Crucifixus est pro vobis.*

CCXXXVII. Restat respondendum ad illud 2. Cor. 2. 10. 11. *Cui aliquid donastis, & ego. Nam & ego quod donavi, si quid donavi propter vos in persona Christi, ut non circumveniamur à Satana.* Audi verò & expende benignissime Lector audaciam superaudacem Bellarmini de hoc oraculo sacro. *Sic enim ille lib. 1. c. 3. de indulgentijs:* Ipso Apostolorum tempore concessam fuisse indulgentiam, perspicuum est ex verbis illis B. Pauli 2. Cor. 2. Cui aliquid donastis &c. Rogaverunt Corinthii B. Paulum ut incestuoso excommunicato & seriam penitentiam agenti ignosceret, & condonaret **QUOD SUPERERAT POENITENTIAE**, annuit B. Paulus & iussit, ut ipsi suo nomine indulgerent. *Hactenus verba Bellarmini.*

CCXXXVIII. *At diligenter conferentes 1. Corinth. 5. 3. 4. 5. cum 2. Cor. 2. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & 7. 9. 10. 11. 12. facillimè ralem formabunt sibi inductionis ratiocinationem,* Quo vinculo fuit constrictus ab Apostolo & Corinthiis incestuosus, ab eodem vinculo per condonationem Apostoli & Corinthorum fuit liberatus. Non autem fuit constrictus nisi vinculo excommunicationis ab utrisq; Ergò per utrosq; per condonationem non fuit liberatus nisi à vinculo excommunicationis.

CCXXXIX. Probandum erat Bellarmino 1. Quod certum numerum & certam mensuram penitentiarum penitentium incestuoso imposuerat Apostolus & Corinthiaca Ecclesia. 2. Quod jammodo de numero & mensura illa aliquot partes absoverat incestuosus. Tum postea facillimè concedere poteramus, Co-

rinthios & Apostolum remisisse & condonasse illud quod SUPERRAT. At prius illud in æternum facere non poterant. Ergò audacissime ex tali nihilo tantum audeat creare articulum communicationis satisfactionum.

CCXL. Et ex hac explicatione oraculorum sacrascripturæ omnium, jam plus quam satis elucet, Pontificios veteres & recentes & inter alios Bellarminum causam indulgentiarum agere cauteriata & vulnerata conscientia, cujus etiam rei proclamabuntur coram tribunali CHRISTI, præsertim cum ipsi ducēs audire gestiant cæcorum, qui ambo in foveam cadent.

De reliquiis Sanctorum.

CCXLI. Luber autem hoc in loco statim aliquantum & quasi obiter dijudicanda exhibere ea quæ proferunt pro veneratione & honoratione, ac osculatione reliquiarum sanctorum, nimirum ossa Josephi ex Ægypto, versus Palestinam & per Moysen delata, corpus Moysi quod DEUS ipse sepeliit, ossa Elisæi ex quorum contactu mortuus revixit, Ossa Prophetæ à Josias asservata, &c. &c. &c.

Objectio 1.

CCXLII. Sed omninò quæ pro honore reliquiarum sanctorum ex scripturis assumere audent, nullius sunt negotii. Exodi 13. Moyses discessurus cum populo ex Ægypto in Palestinam noluit ibi relinquere ossa Josephi, jam dudum mortui, sed ea honorifice secum asportavit, nimirum non ut exhiberentur spectantibus, sed ut in terra patria Messæ, Israelitis promissâ, sepelirentur, id quod factum est Jos. 24. 32. Sic Moysi corpus DEUS quidem ipse sepelivit Deut. ult. 6. nec quisquam ejus sepulcrum cognovit. Sed hoc tamen quid juvat superstitionem anilem Pontificiorum de honorandis reliquiis.

Responsio.

Objectio 2.

CCXLIII. 2. Reg. 13. Ossa Helisai cum terigissent mortuum quendam hominem, continuo illum ad vitam revocarunt. Ergò DEUS illa vult honorari, dum per ea miracula facit. Respondetur semel illud accidit gravibus de causis. Si DEUS inde sine ter vellet honorari ossa sancta, forsitan semper miracula per ea faceret. Per aneum serpentem faciebat certo tempore miracula, quem tandem constat rectè destructum fuisse 2. Reg. 18. 4. cum ad modum reliquiarum Pontificiarum eo abuterentur Israelitæ.

2 Reg.

CCXLIV. 2. Reg. 23. 17. cum Josias delubra idolorum e-
verteret, aliorum quidem mortuorum ossa effodit & in cineres
redegit, ossa tamen sancti Prophetae ibidem reperta asservari iussit
inquunt. Immo asservari non iussit, sed loco moveri prohibuit
propter causam clarissimè ibidem additam, quod essent ossa
ejus (v. 17. 18.) Prophetae qui hanc de Josia pietatem praedixerat.

Object. 3^a

Respons.

CCXLV. Vltimus inquit Bellarminus de Sepulcro Domini legi-
mus Esa. 11. 10. Erit sepulcrum ejus gloriosum. Puerile hoc est. Bene-
dictus Arias Montanus reddit, Erit requies ejus gloria. Et licet le-
geretur sepulcrum, tamen adhuc nihil pro reliquiis sanctorum
venerandis, sed ut Hieronymus exponit, quod mors & sepultu-
ra Christi sit gloria ejus futura quia inde cito surrecturus,

Object. 4^a

Respons.

CCXLVI. Vltimus querit Bellarminus, si Christus hic adesset &
aliquis vestem ejus devote oscularetur, an idolatram talem dice-
re velimus, cum etiam Haemorrhoussa solam simbriam Christi
fideliter tetigerit & sanata fuerit, Matth. 9. cum Actor. c. non re-
prehensi fuerint qui certatim ad umbram Petri concurrebant,
nec Act. 19. qui Pauli sudaria & semicinctia deferebant ad aegro-
tos. Sed quis non videt summam infirmitatem rationum. O-
stendant ipsi tales reliquias, ubi sine fraudibus possint talia im-
petrari miracula, & nemo istis suum quandam visitationis ho-
norem denegabit.

Object. 5^a

Respons.

CCXLVII. Georgius Schererus societatis IESU in Postilla suae
parte 1. super Evangelium Matt. 9. & 24. Trin. pro reliquiis san-
ctorum venerandis adducit etiam 1. locum Exodi 3. 5. qui repe-
titur Act. 7. 34. item Josuae 5. 15. Terra super qua stas, sancta est. 2. de-
inde arcam foederis in qua verè sanctae erant reliquiae Heb. 9. 4.
quae circumgestata circa muros Jericho efficiebāt ut collaberentur
omnia mania.

Georgij Sche-
rerii argu-
menta pro
cultu reli-
quiarum.

CCXLVIII. Also hat Gott (addit Scherer) der HERR die er-
ste Stadt im gelobten Land nicht mit sturmender Hand / sondern
mit processionea vnd umbtragen der Heiligthumben gewinnen/
vnd vnter die Obrist Josua gewalt kommen lassen. Darumb thun
die Carolischen recht/ das sie in Kriegen mit den Heiligthu-
men/ offentliche processiones vnd umfgang wieder die Feinde hal-
ten. Mir zweiffelt gar nicht/ da anders rechte andacht vnd busser-
tigkeit dabey/ das solche processiones vnd bitzgenge mehr ausrich-
ten/ als viel Wehren vnd Wassen.

Solidum co-
siliu scili-
cet pro victo-
ria contra
Turcas abte-
nenda.

CCXLIX. 3. Addit *baculam* Moſis quem DEUS tot miraculis clarum fecit præ omnibus aliis iſtius loci & temporis baculis. 4. Adducit *pallium* Elia quo Eliſæus aquas Jordanis diviſit. 2. Reg. 2. 5. ex 2. Reg. 5. terræ ſanctæ tantas portiones, quantitas duo muli portare poterant, quas petebat & impetrabat à Propheta Eliſæo, antea leproſus nunc vero in illa terra mirabiliter ſanatus Naamannus Syrus. Deniq; hoc adducit Pſal. 34. 20. *Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum, unum ex his non conteretur.* & 68. 38. *Mirabilis DEVS in ſanctis ſuis (addit Schererus, Et in pallio, oſibus & baculis eorum)* & 116. 5. *Pretoſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius.*

CCL. Ex Novo Teſtamento adducit idem Schererus 1. probaticam piſcinam Bethesdam Johan. 5. cujus aquam ſtatis temporibus Angelus de cælo movebat, & quiſquis poſt commotionem primus deſcendebat, ſanabatur à quacunq; ſua infirmitate. 2. Salivam CHRISTI qua viſum reſtituebat cæcis, & auditum ſurdis Marc. 7. 33. Johan. 9. 6. 3. Montem Thabor quem Petrus à Pet. 1. 18. ſanctum nominat, iſe Jeruſalem civitatem ſanctam Marth. 4. 5. & 27. 53. 4. Ipſam crucem CHRISTI; quæ dicitur ſignam appariturum in adventu Filii DEI Mat. 24. 30.

CCLI. Tandem concludit Bellarminus & lib. 1. de indulgentiis c. 4. docet, cultum reliquiarum non eſſe cultum voluntarium, ſeu ab hominibus excogitatum, ſed eſſe à DEO inſpiratum, quia ſcriptura approbat cultum ſepulcri, ſimbriæ CHRISTI, item umbriæ Petri, ſudariorum & ſemicinctiorum Pauli, &c.

Reſponſio ad argumenta Schereri.

CCLII. Verum enim verò 1. quod locus ſanctus appellatur terra in qua tum ſtabat Moſes & Joſua, illud ſit propter Filium DEI in illo loco tunc ſeſe manifeſtantem & cum iſtis colloquentem ſingulari ratione. Et ſic quoque Jeruſalem & Thabor dicuntur ſancta, propter ſanctum ſanctorum &c. item propter Prophetas, CHRISTUM & Apoſtolos, ibi verſatos. 2. Quod muri Jericho poſt arcem circumportatam ſponte collabuntur, ſit ex expreſſo & ſpeciali mandato & miraculo divino.

CCLIII. Oſtendant nobis Pontificii jam per ſecula poſteriora N. T. plurima, idque ſicut fieri decet circa ſuſpicionem & fraudem

fraudem, per reliquias sanctorum quorumcunq; ita contigisse mira sicut per arcam, per vestem CHRISTI, per pallium Eliae, per salivam CHRISTI, per probaticam piscinam per baculum Moysi, per sudaria & semicinctia Apostolorum.

254. O verò miserimos eosdem qui victoriam in bellis per venerationem semicorrosorum ossium & palliorum, ac linteorum incertissimorum & per similitum cultum à DEO petere exoptare & sperare audent, idq; contra & præter omnia mandata & exempla Veteris & Novi Testamenti.

255. *Quod attinet ad locum 2. Reg 5. probe observandum est, contextum innuere, rogari Elisæum, ut liceat Syro illi accipere tantam copiam terræ, quantam possint duo portare muli, nimirum versu 17. ut fiat inde altare pro sacrificijs Jehovæ faciendis; Deindè ad hanc quæstionem responsi nihil exprimi, quod dederit Elisæus;*

256. Sine dubio autem Elisæus dedit negatum responsum cum ipse probe nosset, extra Judæam sacrificia nulla licita esse. Non autem sequitur, *non exprimitur responsum. Ergo nullum dedit responsum Elisæus homini nuperrimè converso sed reliquit eum in errore gentium quasi sacrificare liceret in quovis loco.*

257. Aliud est quando statim alia petitio sequitur ut nimirum ignoscatur Naamano Syro si interesse politico modo sacris regis sui, cogere, ubi tunc respondet Propheta: Vade in pace.

258. Quod attinet oracula Psalmorum, sunt illa per se facilia explicatu cuivis laico quoq;

259. Matth. 24. *signum Filij hominis* appellatur apparentia ipsius Filij hominis, adeoq; apparens Filius hominis quem videbunt omnes tribus terræ. Ac licet apparitura esset crux in nubibus, quid hæc pro osse & costa. & barba Petri, & pro exosculandis vestibus vetustissimis sanctorum.

260. Hisce tamen nugis alijsq; suis ineptijs effecerunt Monachi sub densissimo Papatu ut ad loca plurima insignibus, ita dictis reliquijs decorata, ad sepulcrum Domini, ad limina Apostolorum, ad S. Jacobum ad fines terræ &c. peregrinationes susciperent, Imperatores, reges principes, nobiles, cives, rusti-

26. Cujus rei exempla plurima dari possent, nisi res ipsa videtur requirere plurimorum commentariorum negotium.

An penes Papam Romanum sit potestas thesauri indulgentiarum.

270. Forſan requiretur etiam ut de illo capite. *Num penes Pontificem sit jus dispensandi indulgentias* aliquid adijceretur, ut pote quem accepisse à Deo potestatem gubernandi totam Ecclesiam in hisce terris contendunt, argumentis eidem inanissimis & plus nimium detortis, de quibus alibi.

271. At nos jam recapitulando nostrum repetimus Syllogismum principalem, in quo cardo totius disputationis versatur. Si nullum est purgatorium, siq; nullus est thesaurus satisfactionum indulgentiarum, tum etiam nullæ sunt indulgentiæ. Verum prius. E. & posterius *in seq. d. dei d. 2. ca.*

*Sufficit pro
batio quod
nulla sine
indulgentiis
quia hæc ante
necessario
evanescent
omnes aliæ
disputationes
de indulgentiis.*

272. Cumq; nullæ sint indulgentiæ, jam sponte in fumum evanescent omnes aliæ Pontificiorum quæstiones, nec ullis indigent ventilationibus. 1. num indulgentiæ sint solutiones vel absolutiones. 2. à quo nam vinculo per indulgentias fiant solutiones, vel absolutiones. 3. quam variæ & quotuplices sint indulgentiæ. 4. quam utiles sint indulgentiæ omni hominum generi, 5. quis nam, & per quos nam, & quibus nam possit concedere indulgentias. 6. quæ causæ requirantur, ut indulgentiæ sint rata. 7. quæ debeat esse dispositio suscipientis indulgentias, ubi auxiliatres manus sub quo lucrum clericorum lector intelligit, satis norunt inculcare, nundinatores, ut inde mirum ditescant aut saginentur Clerici Papistici. 8. quæ defunctis applicari possint, ubi iterum ne dum gratias respondeat Apollo, ut hoc pacto opes mundi ad se protraxerit P. pa. Si enim non entis nullæ sunt qualitates, tum negata indulgentia merito de illis omnibus quæstionibus nihil amplius alijs exquisitis opus est.

273. Et si verò, quæ huc usq; adducta, jamq; per centum annos satis agitata sunt, si saltem a mediocri eruditionis homine:

mine æstimata fuerint, sufficere possunt, ad conscientiam sufficientissimè convincendam, nundinationes indulgentiarum esse frivolas pueriles & aniles ineptias, immò absurditates impietates & blasphemias execrandas, adeoq; ex pomerijs totius Ecclesiæ, penitus proferibendas & abolendas: tamen quod prius nihil Bellarminus istis centum annorum accuratis disputationibus commotus fuerit, testabitur cum primis ejusdem præfatiuncula præmissa recognitioni librorum omnium suorum, quæ in hunc habet modum: Scripsi DEO teste quod verum esse existimavi, non gratiam hominum vel propriam utilitatem, sed honorem DEI & Ecclesiæ commòdum respiciens. Neq; in scriptis meis aliquid à divinis literis aut sanctorum patrum regulis alienum sciens posui. Quia tamen scriptum est Proverb 10. In multiloquio non deerit peccatum quod estis de multa scriptioe dici posse non dubito: Ego ipse jam senex & morti proximus sanctum Augustinum imitatus libros meos recognoscere & judicare volui, Hæc ibi Bellarminus.

Deum te-
stem vocat
Bellarminus.

274. Confer autem benigne Lector hanc satis mature & in senecta morti proxima ex Bellarmino profectam vocem tantùm modo cum illa quam in libro 1. de indulgentijs cap. 4. Objectione tertia emisit his verbis: NON EST quidem OPUS, ut adjungantur passionibus sanctorum passionibus CHRISTI quasi hæc per se non sufficiant, sed ADJUNGUNTUR TAMEN, quia æquum est, ut passionibus illæ coram DEO non sint inanes, præsertim cum id sit cum gloriosum CHRISTO, à quo manat omne bonum sanctorum, tum ipsis etiam sanctis per honorificum.

Prima fluctuatio Bellarmini.

275. Et ibidem è vestigio ipsissimo: Quomodo autem concurrant in hac applicatione satisfactiones CHRISTI cum passionibus sanctorum, id est, an applicetur pars una satisfactionis ex passionibus CHRISTI, pars alia ex passionibus sanctorum, an verò integra satisfactio accipiatur semper ex passionibus Christi, & super addantur ad cumulum satisfactionis passionibus sanctorum non videtur nimie curiose investigandum. Et iterum periodo interrupta consequente: Illud VIDETUR CERTUM, passionibus CHRISTI, quæ sunt infiniti pretij.

applicari per indulgentias finito modo, & ideo aliquid REVERA super-
addi, cum passiones sanctorum illis adjunguntur. Et itidem ibidem
hanc sententiã à se dictam confirmaturus quam afferat proba-
tionem audi & mirare lector ex his verbis: Quod RECTE anno-
tavit Dominicus à Soto in 4. sent. distinct. 21. q. 1. art. 2. Hæc omnia
fuere verba Bellarmini.

276. Si quæstio: esset de re aliqua profana, forsan tales a-
nimorum fluctuationes & sibi met ipsis contrariæ resolutiones
ut cunq; æqua mente ferri possent. At in negotio concernen-
te animarum fidelium salutem, tam indignis modis & omninò
ut apparet in gratiam hominum hinc inde vagari, modo dicere
non esse opus ut satisfactionibus Christi passiones, sanctorum
adjungantur, modo tamen eas retinere, item addere hoc videri CER-
TUM & REVERA fieri, & RECTE annotari, quod omninò
concurrant, statuere etiam modum quomodo concurrant, & ad
conscientias de his assertionibus confirmatissimas reddendas concludere,
hanc esse Dominici à Soto testificationem, hoc est conscientias mi-
serorum Christianorum ludificari.

277. Jactet adhuc Jacobus Gretserus in epistola sua de secta-
rijs, quæ recentissimæ editioni operum Bellarmini est præmis-
sa, de illo auctore adeo invicto, ut multis Lutheranis & Calvi-
nianis præbeat anam de Lutherana religione dubitandi. Si quis
Lutheranorum ex scriptis talibus, qualia jam sunt allegata du-
bitationem capit, illum oportet ex illorum esse censu qui aut
stolidissimi aut malitiosissimi agnoscuntur.

278. Idem Bellarminus lib. 2. c. 2. de indulgentijs jactat,
quod nunquam fuerit major indulgentiarum frequentia, nunquam major
devotio, quod nunquam tam ardentem fuerint à populis Catholicis expetite,
quam ab eo tempore quo à LVTHERO exagitari ceperunt. Item quod ar-
gumenta LVTHERI adeo sint levia, insulsa, inepta ut non videatur negligen-
tius, causam istam agere potuisse, si ex animo prævaricari voluisset. Certè in-
quit à doctis hominibus iridentur, ut per eas non everti selet consti: ut indul-
gentias arbitrentur. Hæc ille.

279. Sed jam modo satis monstratum est, quid de Bel-
larmini & aliorum JESUITARUM judiciis sit statuendum. De
indulgentijs autem statim post primam LVTHERI disputationem
nem

tionē in Ecclesia negligi cęptis conqueritur ipsemet Cochlaę Pontificius in actis & scriptis LUTHERI, Si tamen hodie incipiunt gratiores fieri miseris Ecclesijs, in ultimo iudicio à Christo mercedem suam pro tali informatione majorem adulatores Jesuitę expectabunt.

280. Adde adhuc unum quod extat lib. i. c. 3. de indulgentijs propof. 2. quę probari debet, quod nimirum Ecclesia pastoribus auctoritas divinitus concessa sit thesaurum satis factionum dispensandi, ac per hoc indulgentias concedendi. Hic primo affert illa Matth. 16. & 18. & Joh. 20 & 21. quod data sit Petro promissio amplissima quę compleditur omnia. Secundo inquit, probatur hæc eadem potestas ex praxi & usu perpetuo Ecclesię Catholicę. Quod enim Ecclesia semper in usu habuit, dubitari non potest, quin sit à Deo, ETIAM SI FORTE FUNDAMENTUM EJUS CONSUETUDINIS NOS LATERET *Hæc ille.*

Secundo
fluctuatio
Bellarmini

281. Verūmenim verò cur dubitat Bellarminus de fundamento, si in prima probatione tam amplissimam & certam produxit confirmationem? Si quis Catholicorum rem istam, à qua lance expendens adhuc devotè frequentabit indulgentias, si quis his lectis Bellarminianis adhuc diceret argumenta LUTHERI esse levia, insulsa, inepta, ridenda, negligentissime concepta, ut negligentius concipi non potuissent si ex animo prævaricari voluisset: Illud iterum necesse est aut stolidissimum esse aut malitiosissimum.

282. Vide nem lectori. c. 7. Concl. de indulgentiis ubi quęstionem propositam auctoritate duorum Pontificum Bonifacii 8. & Pij. decidit & tandem addit hæc verba. Et quanquam duo isti Pontifices non ediderint publicam hujus quęstionis explicationem per scriptum aliquod Pontificium, tamen non est levis momentitorum virorum etiam privata sententia. *Hæc ille adulator*, quo enim alio nomine censendus, & cur non hæc de causa iudicio Domini committendus est talis disputator? Et quis auctoritate Bellarmini patereur se à Lutherismo dimoveri.

Tertio
fluctuatio
Bellarmini.

283. Scripturam enim pro confirmatione sententię suę adducere debebat, & ecce producit decisionem duorum pontificum

ificum, & eam quidem non publicam & legitimam alicui iudicationi similem, sed omnino privatam, duorum inquam Pontificum, nimirum Bonifacii VIII. qui non sine crimine ambitionis & fraudis pervenit ad Pontificatum, quique imperatoribus, regibus, principibus, nationibus, populis terrorem potius quam religionem injicere conatus fuit quam religionem, quique pessima notae fuit homo, & Pij V. profusae prodigalitates infamulos nomine satis famosi apud Historicos Pontificios.

Quaestio.

284. Conclusionis loco quaeritur, idque haud immeritam, quomodo Europa per tot secula tantis anilibus indulgentiarum & alijs Pontificijs ineptiis ut nihil gravius dicatur, sese deludi passa fuerit & adhuc patiatur.

285. Hac de re audiendus, est Apostolus 2 Theff. 2. à versu 3. cum seqq; cum inquit, *ne quis vos seducat ullo modo quoniam, (scilicet dies Christi non instabit) nisi venerit primum discessio & revelatus fuerit homo peccati filius perditionis, qui opponitur & extollitur super omne quod dicitur Deus aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se, tanquam sit Deus &c.*

286. Hic ante omnia probe expendendum venit, num haec Prophecia ad Romanos Pontifices, an ad Turcas, an ad Iudeos, an ad Ethnicos Romanos referri queat. Et qui paulò accuratius notas habet historiarum Turcicas, Judaicas, Ethnicas, Romanas, is ultrò fateri necesse habet, nullam esse classem ex his 1. quae extolli sese fecerit SUPER OMNE quod est DEUS 2. quae tanta peccata tantosque errores mundo introduxerit nisi solam, Pontificiam.

287. Audi enim optime lector paucissima iudicia arrogatae divinitatis. Sic igitur habet distinctio 96. C. *Satis evidenter ostenditur, à seculari potestate nec ligari prorsus, nec solvi posse Pontificem, quem constat à pio Principe Constantino DEVM appellatum, nec posse Deum ab hominibus iudicari manifestum est. Haec ibi, quae sunt verba Nicolai Papae,*

Sic

288. Sic etiam capitulum sextum distinctionis 40. in eadē
dem prima parte, quod habet verba Bonifacij: *Si Papa sua & fra-*
terna salutis negligens deprehenditur inutilis & remissus in operibus suis &
insuper à bono taciturnus, quod magis officit sibi, & omnibus & nihilomi-
nus INNUMERABILES POPULOS CATERVATIM secum
ducit, primo mancipio gehenna, cum ipso plagis multis in aeternum vapularu-
rum, Huius culpas istis redarguere praesumit mortalium nullus, quia cunctis
ipse iudicaturus, à nemine est iudicandus nisi deprehendatur de viis à fi-
de: pro cuius perpetuo statu universitas fidelium tanto instantius orat, quanto
suam salutem post DEVM ex illius incolumitate animadvertit propensius per-
dere. Hac ivi.

289 Sic Erasmus Roterdamus super Tim. I. *Iam de Romani-*
canicis potestate penè negociosis disputatur, quàm de potestate Dei dū qua-
rimus de duplici illiq potestate, & an possit abrogare id, quod scriptis Apost.
cretum est, an possit aliq. iud. statuere, quod pugnet cum doctrina Evange-
lica, an possit novum articulum condere in fidei symbolo. Utrū
maiorē habeat potestatem quàm Petrus, an parem. Utrum
possit precipere Angelis: (Hoc fecit Clemens VI Vide Lutherū
in Biblijs super XI I. Daniels in causa indulgentiarum;
nec tantum Angelis sed & Diabols.) Utrum simplex
homo sit, an quasi DEUS participet utramq; naturam cum
CHRISTO: an clementior sit, quàm fuerit CHRISTUS,
eum is non legatur quæquam à purgatorij pœnis revocasse:
an solus omnium non possit errare. Sexcenta id genus dispa-
tantur magnis editis voluminibus. Idque à magnis Theologis,
praesertim professione religionis insignibus. Hactenus verba
Erasmi.

Non sicut
verba E-
rasmi.

290, An non notæ sunt etiam hæ propositiones,
scriptura sine traditionibus non admodum necessaria est, non omnia
dogmata ad fidem & vitam Christianam necessaria in scripturis conti-
nentur. Sacra scriptura tum demum est verbum DEI & regula
fidei, si iuxta sensum Ecclesie Romane intelligatur. Vul-
gata latina versio in omnibus lectionibus & disputationibus
pro

pro authentica habenda est, ita ut nemini liceat ab ea quamvis iustissime
causa pretextu provocare Pontifex Romanus in fide errare non potest &c.
Papa non tantum vocatur Vicarius Christi, sed etiam Dominus DEVS noster
Papa est supra jus, & contra jus, extra jus. Papa nec est DEVS nec homo, sed
noster est inter urumq;, Monacho licet deposito ad tempus cucullo uxorem
ad tempus ducere, permissu Pontificis. Papa potest mutare quadrata rotun-
dis.

261. Tantam audaciam nunquam sibi usurpavit ulla alia
secta quam Pontificia, homo ille peccati, sicut hominis vox in
s. cris. i. x. p. e. significat integram classem, ut Dimitat homo patrem
& matrem. Item, homo ex muliere natus exiguo vivit tempore, item
non ex solo pane vivit homo. Item inimici hominis domestici eius. Item
Bonus homo de bono thesauro profert vetera & scientia, item Quos Deus
conjunxit, homo non separet. Id quod addendum fuit ne scrupu-
lum parerent objecta Pontificiorum nostris, quasi ad Thes-
alonicensis loco dicto tantum unum individuum per hominē
peccati innueretur.

292. Deinde probe expendendum venit illud quoq;, quod
Apostolus dicit suo tempore peragi mysterium iniquitatis seu iam modo
pullulascere. Quid sibi velint hæc verba si non aliunde nisi ex sa-
cris literis saltem novæ scripturæ, quæremus, ostendetur satis,
Apostolo rē tempore. Antichristi præcursores fuisse qui hære-
ticis dogmatibus multitudineq; humanarū ceremoniarum la-
borare inciperēt, & à morib; sanctis ad scelera magna ruerent,
dominariq; majestatis cuperēt & quæ sunt similia.

293. Audiantur Prophetiæ Apostolicæ. 1. Tim. 4. 1. &c. Spi-
ritus manifeste dicit quia in novissimis diebus discedent quidam à fide, atten-
dentes spiritibus erroris & doctrinis Demoniorum, in hypocrisi loquentium
mendacium & cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium
nubere, abstinere à cibis &c. Item 2. Petr. 2. 1. &c. Et in vobis erunt ma-
gistri mendaces qui introducent sectas, & multi sequentur eorum luxurias,
& in avaritia factis verbis de vobis negociabuntur. Item dominatum despi-
cient.

294. Et Judæ v. 17. 18. Vos autem clarissimi memores estote verborum
quæ prædicta sunt ab Apostolis Domini nostri JESU CHRISTI, qui di-
cebant vobis, quoni. sm in novissimis temporibus venient illusores &c. 1. 1oh. 2.
18. Au-

2.
An tempo-
re Apostoli
Papiſmus
germinare
ceperit.
Vide tom. 2
Germ. le-
nensi anno
1522. de
missa.

19. Audivistis, quia Antichristus venturus est, & nunc Antichristi multi facti sunt.

295. Agnoscesne lector ex his initiis verborum, & cum primis Judæ Apolloti mores Monachorum & Pontificum Romanorum, qui ut alia lectori exploranda relinquuntur, cœlibatum professi cunctos alios impudicitia superarunt, qui nulli magistratum in orbe Civili parere voluere, &c. Quid enim sibi vult aliud in *Extravagantibus communibus*, lib. 1. tit. 8. de majoritate & obedientia, ubi Bonifacius VIII. ita docet, *Omnes CHRISTO fideles de necessitate salutis subsunt Pontifici Romano*. Initium est, *Vnam sanctam Ecclesiam*, Finis: *Porro scilicet Romano Pontifici omni humana creatura declaramus, dicimus, definimus & pronunciamus omnino esse de necessitate salutis*. Hæc ibi. Lege etiam lib. 1. *Extravagantium communium*, cujus initium *super gentes & regna Romanus Pontifex à Domino constitutus &c.* Addere plura super fedemus.

296. Prorsus igitur quoad hæreses & impuram vitam Antichristi, certè conspirat Spiritus sanctus in quatuor Apostolis, Paulo, Petro, Johanne, Juda.

297. Probissimè autem tenendum est, postquam 2. Tim. 3. prolixè prædictum fuit de postremis temporibus, quod tandem hæc verba addantur versu 5. ET HOS DEVITA.

298. Super hæc verba rectissimè scribit Lyra: Hic consequenter ostenditur multiplicatio jam inchoata, unde 1. Joh. 2. dicitur: *Nunc Antichristi multi sunt facti*, iccirco Apostolus dicit, *Et hos devita*, quasi dicat, jam incipiunt esse tales aliqui, quod declarat dicendo, *Ex his enim sum, qui penetrant domos & CAPTIVAS ducunt mulierculas, id est, qui intrant sub prætextu religionis penetrantia & loca secreta, in quibus mulieres conjugate vel alie habitant illo tempore aspectus hominum refugientes, & in talibus locis possunt mulieres citius decipi in his, quæ pertinent ad fidem*. Hæc Lyra, de mysterio iniquitatis, operante temporibus Apostolorum, & adducens illud Johannis de venturo Antichristo, cum tamen etiam tempore Johannis multi essent Antichristi, Ebionithæ, Cerinthiani, Simonis Magi asseclæ, &c. 1. Joh. 2. 18.

299. Etsi verò singula talia vitia, qualia ex Apostolis ostendimus, solent esse communia pluribus sectis, tamen nulla

Mysterium iniquitatis tempore Pauli & Petri, &c.

sub Sole dari poterit, quàm Pontificius Clerus, cui tam accuratè comperant omnia,

299. Si enim iiceret doctrinarum & ceremoniarum hæreses & schismata, morumque vitia historicis exemplis declarare, nulla omninò magis quadratura erant quàm à Pontificibus, Monachis, Clericis aliis, & à Jesuitis collecta, ut tandem jurare cogaris, nullum Apellem aliumve pictorem tam accuratè Papatum nobis depinxisse, quàm fecerunt Apostoli, Paulus, Petrus, Johannes & Judas in locis hæctenus breviter saltem indigiratis.

*Præminentia
Episcoporum
Romanorum
jam olim ca-
piat exempla*

300. Porrò quod attinet ad id, ubi dicitur de homine peccati, quòd tollat sese super omne, quòd est DEUS, etsi præsertim primis 300. annis Episcopi Romani plerique omnes martyria subierunt, adeoque alium propter Romanos proceres ascendere non potuerunt, tamen subinde ut cetemonias humanas instituerunt, ita aliarum urbium & provinciarum Episcopis præeminere & præscribere cogitarunt, id quod ipsi Pontificii historici nobis annotarunt.

301. Tenuia quidem erant principia in *Lino Cleto Clemente*, & tamen ille ex sacris ordinibus bis in urbe habitis Presbyteros decem & octo, Episcopos XI. creavit, quos sine dubio alibi præficeret, *iste* redegit in ordinem ex mandato Petri, ut dixit, 25. Presbyteros, *hic* scripsit ad alias Ecclesias Epistolam, quæ non omnibus fuit probata, quemadmodum apud Platinam hæc leguntur.

302. Secutus *Anacletus* constituit, ne Clerici barbam vel comam nutrent, *Evaristus* ne plebis in Episcopum accusatio reciperetur, Episcopos in diversa loca creavit. *Alexander*, ut aqua sancta, sale admixta interpositis sacris Orationibus, & in templis, & in cubiculis ad fugandos Dæmones retineretur, voluit quoque aquam admisceri vino in consecratione sanguinis Christi: Oblationem quoque ex azymo & non ex fermentato ut antea, fieri mandavit.

303. *Xystus* 1. constituit, ne Episcopi ad sedem Apostolicam vocati (ECCE & NOTA LECTOR, Romani Episcopi citò ausi sunt imperare externis aliarum urbium doctoribus) rede-

redēntes à suis reciperentur, nisi secum deferrent litteras plebem salutantes. (ECCE & NOTA iterum lector, ita Romanī Episcopi etiam inter persecutiones aliorum Procerum, protectione confisi tamen non tantum exteris Episcopis, sed & Ecclesiis sese insinuarunt pro capitibus) Et vide exemplum in vita Xysti.

304. *Telephorus* constituit, ut septem hebdomadibus ante Pascha observaretur jejunium: *Higynus* ne templa dedicarentur, ne angerentur, ne diminuerentur sine arbitratu metropolitani vel Episcopi. *Pius I.* thermas Novati in vico Patricii in honoratione sororis suæ divæ Pudentianæ dedicavit. *Anicetus* constituit, ne Episcopus crimen Metropolitanī sui ad aliam quam sedem Apostolicam deferret; item ne Episcopi omnes Patriarchæ vocentur. *Soter*, ne Monacha ulla palam attrectaret, nevé thus in acerram poneret, dum sacrificia fierent.

305. *Eleutherius* initio Pontificatus statim Epistolam accepit à Lucio rege Britanno, quâ rogabatur, ut se & suos in Christianorum numerum reciperet, quare Fugarium & Damianum eodem misit, qui Regem ac populum baptizarent. Hunc secutus *Victor I.* excommunicavit Episcopos Orientis, qui Pascha volebant celebrare statis diebus Dominicis. *Zephyrinus I.* ne Episcopus vel à Patriarcha, vel à Primace, vel à Metropolitanano suo in iudicium vocatus sine auctoritate Apostolicâ damnaretur. *Callistus I.* ut quatuor jejunia quatuor anni temporibus haberentur: ædificasse dicitur in honorem B. Virginis basilicam in Transtiberinâ regione. Sed nolumus ulterius progredi, quia (quantum Pontificiis est tribuendum historicis) ex his unguibus facile est æstimare leonem, & intelligere quid sit, quod dicitur, *illis temporibus fuisse operatum iniquitatis mysterium.*

306. Tertio probè expendendum venit quod Apostolus dicit, *adhuc obstare qui obstat, ne penitus reveletur homo peccati & filius perditionis.* Nimirum tùm adhuc in flore erat imperium Romanum, & præ metu plenariè, ut postea erumpere omnibus iniquitatibus non ausi fuere.

3.
Cur non tempore Pauli primatum Episcopi Romani imperij urserint.

307. Audiatur *Hymno* qui vixit circa annum Christi 372. quo tamen tempore nondum ita notus erat omnibus Antichristus: Sic igitur ille dicit: *Scitis quid detineat, & non demonstrat, quid quod nihil melius intelligitur voluisse significare quam destructionem regni Romanorum de qua obscure hic locutus est, ne forte aliquis Romanorum legeret hanc Epistolam & excitaret, contra se aliosq; Christi nos persecutionem illorum, qui se putabant semper regnuros in toto mundo. Hæc ille.*

308. Quarto expendendum venit, ut etiam simul extra controversiam est positum, quod initio N. T. nulla gens, nulla natio, potentior fuerit gente & natione Romani imperii, & quod nulla etiam acrius persecuta fuerit Christianos primævros atque illa ipsa. Quam in sententiam pluribus opus non est, cum eam nimium quantum satis confirmet solæ decem persecutiones in primitiva Ecclesia, tam horribiles, ut nullis verbis satis exaggerari queant.

309. Cum igitur puritatem verbi divini & Evangelii sacri prædicantibus, ad fidem ædificandam veram, & ad vitam non nisi juxta voluntatem DEI & Christi instituentiam, auctoritate & obedire nolissent, cumque durissima grassari fuissent tyrannide in Ecclesiam primitivam, idcirco DEUS 2. Thess. 2. SATANÆ commisit impios illos, qui hæresin & superbiam in Episcopis Romanis subinde subindeque magis magisque accendit, ut per suos sibi met addictos CLEROS non nisi Ecclesiis dominari & sui cerebri somnia instillare satagerent.

310. Hoc enim est, quod Apostolus inquit, *Hominiis peccati seu filij perditionis adventum esse ex efficacia Satanæ, vel secundum operationem Satanæ, in omni virtute seu potentia, & signis ac prodigijs mendacibus, & in omni deceptione iniquitatis in ijs qui pereunt, eo quod charitatem vel amorem veritatis non receperunt, ut salvi fierent, ideo mittet ipsis DEVS operationem erroris, vel efficacitatem deceptionis, ut credant mendacio, ut judicentur vel damnentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.*

311. Ecce lector benignissime, principem & fundatorem Romani Papatus ipsissimum, idque ex ipsius Apostoli magni spiritu & doctrina, is per organa sua Papas nimirum Romanos in Ecclesiam superbissima tyrannide grassatus fuit.

312. Tali principe digna sunt omnia Papatus dogmata, 1. Blasphemia in ipsam sacram Scripturam. 2. Mendacia de omnibus fidei articulis. 3. Superbilissima dominatio in Ecclesiam & in ipsa etiam sacra capita mundi. 4. Avaritia illa pecuniarum, quibus ad alendam ambitionem & dominationem majesticam opus erat, nimirum purgatorium, vigiliae, tricesimae, anniversaria, indulgentiae, peregrinationes, cultus reliquiarum, invocatio Sanctorum & eorundem honor in extructionibus templorum & coenobiorum, & collegiorum Ecclesiasticorum, Jubilaeus, &c.

313. Jam verò quia Satanas libenter diu habitat, ubi semel operam requiem invenit, & quia singulis seculis succedentibus posterius maluerunt osculari suorum majorum traditiones, nec easdem ex verbo DEI ad ipsos per scripto examinare laborant, ideo tenebrae illae diutius inter ipsos fuerunt continuatae, hodieque apud plurimos continuantur, & usque ad adventum Filii DEI iudicaturi vivos & mortuos continuabuntur, non quòd DEUS noller ipsos converti, sed quòd verbum DEI & multos saepe oblatos & hodie quoque obvios monitores ipsi sequi non sistant.

314. Sed ut finis disputationis congruat cum illo ejusdem principio, ubi dictum fuit, Tezelianas indulgentiarum praedicationes tam fuisse crassas, ut etiam palpari potuerint, & B. LUTHERUM divino Spiritu alligatum sese diutius continere non potuisse, Ecce cape tibi lector saltem adhuc unum exemplum virorum istius temporis principum, qui istas illas nugaces blasphemias & nugas blasphemias, quas alii PIAS FRAUDES ECCLESIAE dixerunt, satis animadvertunt, praesertim quando promissas habebant LUTHERI manu ductiones.

315. Extat adhuc in Bibliothecis libellus, in quo Principes & status politici totius Imperii Romani in conventu Noribergensi anno 1522. descriperunt & Imperatori obtulerunt centum gravamina sedis Apostolicae non ferenda Germanis, ubi praeter abusum indulgentiarum ita depinguntur Ecclesiastici ordinis apud Pontificios mores, ut ipsissimum sub Papisticis protervis Satanam palpares queas.

316. Mox in tertio gravamine ad indulgentiarum Papalium overa progressi importabile scribunt esse onus, quando sub persona pietatis cum aut basilicas Romanas construere, aut profecionem in Turcas parare polliciti sunt Romani Pontifices, omnem a Germanis exaxerunt pecuniarum medullam. Et quanquam indulgentiæ non semel in hoc ad Germanos misse sunt, quasi fideles contra barbaros essent defendendi: Eventus tamen compertum habent Germani; pecuniam hanc non in rem fidei aut aliqui Reip. Christianæ necessariam, sed in propinquorum luxum ac sublevandam familiam ipsorum esse versam.

317. Præterea (inquiunt) Papalis sanctitas cæteriꝫ, Episcopi casus aliquot suo tantum absolutioni reliquos fecerunt, quorum si unum commiseris, aut jam numerandū aut absolutione tibi cavendū est, nempe quod in hoc reservati sint, ut vel inde nummorum aliquid eis accrescat, ac in casibus quantivis pro tempore honestis aut necessarijs, nunquam tamen nisi numeretur aliquid dispensent. At si nihil attuleris, numeraverisve, indispensatus perpetuo maneat oportet. Verum si quis unde numeretur habeat, jam nedam presentes indulgentur, constitutionum transgressionem, sed & in futurum impune ut eas ipsas transgredi liceat, indulto permittitur.

318. Est (inquiunt) & aliud indulgentijs vendendis additum hominum genus, quos Stationarios vocant. Hi rusticorum abutuntur plerumq; simplicitate, dum omnes vicos, villas, pagos, angiportus, omniaq; peragrunt castella & opidula prædicantes sancti cuiuspiam, Valentini puta, Hupertii, Cornelij, Anastasijve sanctimoniam, ac quantum ad rem familiarem addat, si quotannis hunc vel illum munusculo aliquo (quod stationarijs cedat) demulceas. Inscribebant dehinc simplices sub sancti alicujus numen ac tutelam promittentesq; quod ab hoc aut altero morborum genere liber esse debeat, qui eis annum censum penderit. Hoc negotium simplices ad virum exegit, quia nullus est morbus, cui stationarij non peculiarem sanctum præposuerint. Quæ res (inquiunt) medicinam presentem postulat, quo interdiceretur Episcopis & Vicarijs ne pro functionis hujus admissione quicquam pretij posthac acciperent, neve eos amplius tolerarent.

Orandus est intimis suspiriis æternus DEUS Pater Domini nostri JESU CHRISTI, ut deinceps quoque aliis sacratissimis capitibus regnorum Europæ similem Spiritu suo sancto excitet mentem. Hoc enim elapso toto seculo, Per
DEI

DEI gratiam tam sunt Sole meridiano æstivo clariora facta,
quàm sunt ulla alia nimirum hæc sequentia.

1. Petrum à CHRISTO non fuisse constitutum gene-
talem Episcopum totius Ecclesiæ militantis.

2. Petrum, si Romæ fuit, tamen Romæ & Ecclesiæ ut ge-
neralem Episcopum non præfuisse annis circiter 25.

3. Episcopum Romanum nec jure divino nec ratione
successionis succedere Apostolo Petro in Monarchia Ecclesia-
sticâ, etiam si ex hypothesi, posito, sed non concessio ille fuisset
constitutus & præfisset 25. annos Romæ aut toti etiam Ec-
clesiæ CHRISTI.

4. Episcopum Romanum & omnem Clerum etiam de-
bere potestati sublimiori in rebus ad fidem non pertinentibus
esse subiectum.

5. Romanum Pontificem ut Pontificem non habere in
ordine ad bonum spirituale, ut loquuntur, summam potesta-
tem disponendi de temporalibus rebus omnium Christiano-
rum, ita ut possit regna mutare, ea uni auferre & dare
alteri.

7. Ex Romanis Pontificibus, ab ex plurimis describi vix unum
ab ipsis Pontificiis scriptoribus Platinâ & Onuphrio, qui tan-
tos habuerit Spiritus sancti, motus, quantos alios, & qui in Scri-
pturis sacris tantam habuerit noticiam, quantam in aliis sacul-
tatibus.

8. Ideoque miserrimos, qui sacròrum decisionès ex scri-
nio talis pectoris expectent: de indulgentiis ut supra fecit Bel-
larminus, ut de aliis infinitis taceamus.

9. Romanum Papatum esse ipsissimum Antichristum à
Prophetis depictum, ab Apostolis prædictum, nec esse alium
formandum vel expectandum.

10. Excommunicationum Papalium fulmina ab omni-
bus piis debere floccifleri.

11. Bona

II. Bona Ecclesiastica in Principum secularium ditionibus non pertinere ad Papam, nec Clero Papali fieri injuriam cum, ad sanctiores usus puræ religionis reformantur.

12. Si vera sunt, quæ Onuphrius de Johanne VIII pro Jesuitis afferre studuit, tum frustra laborabunt Jesuitæ, ut obtrineant, Johannem VIII. Papam non fuisse sceminam, Et quæ sunt ejusmodi infinita alia.

Orandum est omnibus piis, ut cunctos homines DEUS odio Papæ, ut Papæ, maximo impleat, cum vix ulla sit spurcior & magis Diabolica sentina in orbè terrarum atque Papatus, & ut hoc secundo seculo iterum compleatur illud Lutheri:

PESTIS ERAM VIVENS, MORIENS ER
MORS TUA PAPA.

Fiat Fiat.

FINIS.



94 A 7382

ULB Halle 3
002 183 692




Sb.

VD 17

21,7.99 Bd.







DE INDULGENTIIS PONTIFICIIS
DISPUTATIO THEOLOGICA
CA JUBILÆA

In qua sunt

**1. Propositiones, quas anno Christi 1517. ad diem
XXXI. Octobris, post horam meridianam duodecimam, ad Val-
vas templi arcis Wittebergenfis affixit, adeoq; primas con-
tra Papatum Romanum sollemnissimè promul-
gavit vir DE I**

D. MARTINUS LUTHERUS.

*(Cum brevibus notationibus parentheticis, collectis
ex ipsius scriptis)*

**2. Theses, quas hoc anno Christi seculari 1617. ad
diem XXIV. Octobr. in Academia Wittebergenfi
PRÆSIDE**

VVOLFGANGO FRANZIO TH. D.
*Pro Gradu Doctoreo in Facultate Theologica impetrando
horis ante & pomeridianis publicè defendent
Reverendi Viri*

M. PAULUS RÖBERUS WURZENSIS
Misnicus, Illustrissimæ aulæ Archiepiscopatus Magdeburgenfis
CHRISTIANO. WILHELMIÆ concionator aulicus.

**M. JOSUA STEGMANNUS SULTZFEL-
densis Francus, designatus Ecclesiæ Stadhagenfis Pastor & Super-
intendens & illustris ERNESTINI ibidem Pro-
fessor Primarius.**

Cum Gratia & Privilegio Elect. Saxon.

WITTEBERGÆ,

Ex Officinâ Typographicâ Toban. Gormannii.